

DOI: 10.26754/ojs\_aem/aem.2019304613

Recibido: 30/03/2020

Aceptado: 27/04/2020

ARAGÓN EN LA EDAD MEDIA

30 (2019) 71-119

e-ISSN: 2387-1377

ISSN: 0213-2486

## EL PRIMER TESTAMENTO DEL REY PEDRO EL CEREMONIOSO. (I) EDICIÓN

*THE FIRST WILL OF KING PETER THE CEREMONIOUS. (I) EDITION*

Stefano M. CINGOLANI  
Investigador independiente  
*smcingolani@yahoo.com*

*Resumen:* En este artículo se presenta la edición del primer testamento del rey Pedro el Ceremonioso (1336-1387), hasta el momento inédito, y otros textos que rodean su composición. Los documentos que se editan se hallan custodiados en la Real Academia de la Historia (RAH, España), en una serie facticia dentro de los fondos de la Colección Salazar y Castro.

*Palabras clave:* Pedro el Ceremonioso, testamentos regios, Corona de Aragón, siglo XIV.

*Abstract:* This paper offers the first edition of the unpublished first will of King Peter the Ceremonious (1336-1387), jointly with other related texts. The documents that are published are kept in the Royal Academy of History (RAH, Spain), in a factitious series within the documentary funds of the Salazar y Castro Collection.

*Key words:* Peter the Ceremonious, royal wills, Crown of Aragon, 14<sup>th</sup> century.

## 1. Presentación

No son pocos los reyes de la Corona de Aragón que dictaron más de un testamento, aunque no se conserven todas sus versiones, debido, por ejemplo, a cambios en la concepción territorial, en el número de hijos o en la elección del lugar de entierro. Con todo, Pedro el Ceremonioso es el rey que, por lo que parece, más últimas voluntades ordenó.<sup>1</sup> Hasta la actualidad se conocen y se han publicado hasta un total de siete testamentos.<sup>2</sup> La meticulosidad que el monarca desplegaba en todos sus actos junto con las cambiantes condiciones familiares y políticas que jalonaron su reinado, se encuentran en la base de estos repetidos actos a lo largo, aproximadamente, de los últimos treinta años de su vida.

A pesar de las últimas voluntades conservadas y editadas, Alexandra Beauchamp señaló hace unos años la presencia de un ulterior testamento precedente a todos los localizados, custodiado en la Real Academia de la Historia (Colección Salazar y Castro, M-78, f. 104r-130v, 137r-139v) y lo estudió sin editarlo.<sup>3</sup> El manuscrito es, de hecho, una pieza de una colección ficticia y, por tanto, forma parte de un conjunto de distintos documentos, mayoritariamente testamentos de reyes y nobles tanto de la Corona de Aragón como de Sicilia.<sup>4</sup>

1 En el caso de María de Luna el testamento no se ha encontrado, mientras de Violante de Bar tan solamente se conserva un borrador posterior a la muerte del rey Juan: Archivo de la Corona de Aragón (ACA), Real Patrimonio, Maestre Racional, registro 788, f. 296rv). Ejemplos de múltiples redacciones se pueden ver en José María Lacarra de Miguel y Luis González Antón, «Los testamentos de la reina María de Montpellier», *Boletín de la Real Academia de la Historia* 177/1 (1980): 671-688; el segundo y el tercero publicados en Martín Alvira Cabrer, *Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona (1196-1213). documentos, testimonios y memoria histórica*, Zaragoza, IFC, 2010, docs. 1203 y 1499. Sobre los diversos y sucesivos testamentos redactados por otros monarcas, sus motivaciones y consecuencias, véase María Luz Rodrigo Estevan, «Los testamentos de Jaime I. Repartos territoriales y turbulencias políticas.» *Cuadernos CEHIMO*, 35 (2009): 61-90; Ángel Sesma Muñoz, «Disposiciones testamentarias inéditas de Jaime II de Aragón», *Boletín de la Real Academia de la Historia* 173 (1976): 119-134, —a las que se añaden otras dos versiones no conservadas de las cuales se habla en el ACA, Cancillería, registro 241, f. 74v y f. 185r—; o Carlos López Rodríguez, «Últimas voluntades de Martín I el Humano (30 y 31 de mayo de 1410)», *Aragón en la Edad Media* 24 (2013): 225-268.

2 *Els testaments dels comtes de Barcelona i dels reis de la Corona d'Aragó. De Guifré Borrell a Joan II*, ed. Antoni Udina Abelló, Fundació Noguera, Barcelona 2001, docs. 37-49 donde se publican los codicilos y los testamentos; desgraciadamente es una edición no demasiado fiable y el editor desconoce muchos testimonios.

3 Alexandra Beauchamp, «Régence et continuité de l'œuvre royale: un testament et des codicilles inédits (1354) de Pierre IV d'Aragon», *Mélanges de la Casa de Velázquez*, nouvelle série 38/1, 2008, 201-218.

4 Catálogo en: [https://www.rah.es/wp-content/uploads/2016/11/SalazaryCastro\\_22\\_nov\\_2016.pdf](https://www.rah.es/wp-content/uploads/2016/11/SalazaryCastro_22_nov_2016.pdf) [consultado el 11 de marzo de 2020]; Beauchamp, 2008: 202-203.

El conjunto relativo al rey Pedro está formado por cinco piezas que editaré según el orden en que aparecen en el manuscrito, orden que no se corresponde con el de redacción, y que como se puede ver claramente se trata de un borrador con comentarios escritos en los márgenes, tal vez por el notario Francesc de Prohome, que es quien redacta los diferentes documentos, precedente a la redacción definitiva en pergamino del instrumento público que, con una sola excepción, no conservamos.

De hecho, el primer texto —documento V—, que es el último en orden de copia, contiene apuntes relativos a modificaciones que se tienen que aportar al texto del testamento y del primer codicilo, que llevan como fecha la del 30 de abril, en Valencia.<sup>5</sup> Es decir que, como se deduce también de algunas fórmulas referidas a la anulación de precedentes voluntades testamentarias [I, 2], antes ya había habido otro que el que aquí publicamos va a modificar. El conjunto de los otros cuatro textos, todos fechados en 1354, se ve motivado por el inminente viaje que el rey Pedro, junto con la reina Leonor, estaba a punto de emprender hacia Cerdeña para reprimir una revuelta de los sardos; el último de estos textos se dicta en la misma isla.

Que hubiese otro texto precedente se ve confirmado también por el hecho que el primer codicilo —el documento II—, se redacta en Barcelona el 30 de abril de dicho año, antes que el propio testamento, cuando es evidente que el uso es exactamente el contrario. Tal vez la redacción del codicilo llevó el rey a modificar el testamento y a dictar otro nuevo —el documento I—, justo antes de la expedición, ya que está fechado en Roses el 20 de mayo. Seis días más tarde, el rey Pedro dicta su segundo codicilo, tal y como recoge el documento IV. Finalmente, el 21 de julio —documento III—, ya en el Alguer, el rey siente la necesidad de confirmar el primer codicilo, el del 30 de abril, y este es el único documento que tiene tradición conocida fuera del manuscrito de la Real Academia de la Historia.

El texto es muy largo, así que en esta primera entrega tan solamente se ofrece la transcripción, mientras que en una segunda parte se presentará el estudio de los textos. En cuanto a los criterios de edición, para que se vea claramente el trabajo de redacción dejo en el cuerpo mismo del documento las palabras barradas, poniendo en nota las glosas marginales. En cuanto a los símbolos utilizados son los siguientes:

5 El año no es expresado, pero el rey se encontraba en Valencia el 30 de abril de 1353.

- /...\< Backslash Barra ascendente y barra descendente. Marca una porción de texto escrita en la interlinea.
- //...\< Double backslash Doble barra ascendente y doble barra descendente. Señala un ulterior interlineado dentro de la interlinea.
- (...) Paréntesis. Se incluyen entre ellos la letra o letras que el copista se ha dejado.
- [...] Corchetes. Indican sílabas, palabras o letras que no se pueden leer por manchas o deterioro del soporte y que cuando ha sido posible deducirlas por el contexto se han integrado.
- <...> Diples. Se incluyen entre diples las palabras o letras repetidas que se tienen que eliminar.

## 2. Edición documental

I. 1354, mayo, 20. Roses

*Primer testamento del rey Pedro.*

—RAH, M-78, f. 104r-121r.

Testamentum. Registratum.<sup>6</sup>

[1] In nomine domini nostri Ihesu Christi et beate Marie, sue gloriose genitricis, amen. Si mundi cursus diligenter attenditur, si miseria lugubris humane condicionis solerti meditatione pensatur, habet eius origo peccati labem cuius morsus inevitabilis capit omnes usquequaque medium vanitatum plenitudines reatibus obsessarum, et habet nil aliud ffinis quam acerbam congeriem et amarissimam lamentorum, et omnia denique sunt vanitatis vanitatum preter amare Deum, quod est vivere et regnare, et est felicitas sempiterna. Prudentis igitur est cogitare futura, nec non de propriis liberum quod numquam redit arbitrium disponendo spiritualiter et temporaliter huius vite lacrimabilis terminum pervenire, ut cum supremus iudex humane sortis hostium duxerit propulsandum, paratum reperiat plasma suum animam sibi restituere comendatam, et de talento sibi credito laudabilium reddere in extremo iudicio valeat rationem.

6 Escrito por otra mano del siglo XIV: *[E]stan [los] testamentos del rey y otros testamentos. MCCCLIII. Anno 1347. Es notable por lo de la succión de los reynos. Don Bernat de Cabrera ayo del infante don Juan, f. XIII.*

homo ad petro: yus nuntius ad hunc.

Tunc voluit qd alie signaturae dno regis. darentur ad dno modum. sic  
 qd ~~quod~~ pmo pater impedit vestras nris ab hinc.

Et qd manus pmo nri. de bonis nris fieri faciat. in dno loco dno cu  
 multa cu signatura. Et alio signaturis dno regis. ad opus nro  
 pro quo sumus. dno illustris. dno regis. opere et redutione  
 legum de bonis nris. dno null libris barchi.

Et voluit ar mandam. qd vobis et p quocunq loc. in pta regis et terra  
 nris ut est. qd congeat plic debita pcurale. cum qd dno pmo  
 et comite fieri pater. obsequio quomo. heredis nri ut dno pmo  
 quiescente. dno nro dno. ad dno mon pmo. Et in dno  
 signatura. pmo. in cu pmo regibus. vobis cu dno.

qd pmo. ~~et~~ pmo. dno. et pmo. dno.

Et ponat in capite nro. una corona argenti deaurata. cu pmo.

pulchris dno. Et cu uno capite et pmo argenteo. et cu uno capite.

dno. et cu alijs ornamentis. dno. dno. cu alijs pmo.

nris. et sic pmo. manus nris sub pmo. ad opus nro.

Et voluit qd ~~quod~~ pmo. pmo. pmo. pmo. pmo. pmo. pmo. pmo.

modo nro. pmo. pmo. cu vobis nro. pmo. pmo.

pmo. pmo. pmo. pmo. pmo. pmo. pmo. pmo.

membra nri.

qd manu pmo.

dno

Foto 1. Real Academia de la Historia, M-78, f. 105v.

[2] Quocirca nos Petrus, Dei gracia rex Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, divina suffragante clemencia, in roboris sanitate ac sensus plenitudine constituti, cum integritate memorie ac firmitate loquele, numinis sancti gracia invocata nostrorumque reatum venia suppliciter implorata, revocantes expresse et ex certa sciencia nostra, annullantes penitus et cassantes omnia alia quecumque testamenta, codicillos sique et qui hucusque et ubicumque et quodcumque per nos facta vel facti reperirentur, nostrum hoc facimus, ordinamus et condicimus testamentum, in quo voluntas nostra perfecta et completa ac terrarum nostrarum ordinacio et dispositio valeant reperiri.

[3] In primis enim salvatori et redemptori nostro domino Ihesu Christo et gloriosissime virgini Marie, mater eius, corpus nostrum et animam comendamus.

Denique<sup>7</sup> elegimus nostri corporis sepulturam in ecclesia Beate Marie monasterii Populeti, Cisterciensis ordinis, siti in Cathalonia, in diocesi Terrachone, in qua illustres dominus Iacobus, abbas, et dominus Alfonsus, athavus nostri, inclite recordacionis Aragonum reges, sepulti existunt, ita quod inter tumulos ipsorum, in medio dictorum tumulorum, fiat et construatur nostra sepultura honorifice et decenter, videlicet, ex lapide de alabastro vel de porfira vel ex alia specie preciosioris lapidis, si ad hoc aptus valeat inveniri, cum sculpturis et aliis idoneis ac honorabilibus ornamentis prout status nostri requirit condicio, et attingat ~~sepulturam~~ staturam hominis ad pectus ipsius tumuli altitudo.

Tamen volumus quod alie sepulture dictorum regum baxientur ad dictum modum, sic quod quam minus poterit impediatur vista cori versus altare; et quod manumissores nostri, de bonis nostris, fieri faciant in dicto loco dictum tumulum sive sepulturam, et alias sepulturas dictorum regum ad expensas nostras. Pro quorum tumulorum dictorum illustrium dominorum regum opere et reduccione legamus de bonis nostris duas mille libras barchinonenses.

Et volumus ac mandamus quod ubicumque et in quocumque loco infra regna et terram nostram vel extra nos contigerit solvere debitum naturale, cum et quanto sciuis et comode fieri poterit, obstaculo quovis heredis nostri vel alterius penitus quiescente, corpus nostrum deferatur ad dictum monasterium, et in dicta sepultura sepelliatur cum insigniis regalibus, videlicet, cum

7 Al margen: *Sepultura*.

dalmatica<sup>8</sup> ~~qua fuimus coronatus~~, camisa de lienço et de seda, et çapatos de velluto /ac sotulares cum quibus fuimus coronati\.

Et<sup>9</sup> ponatur in capite nostro una corona argenti deaurata cum lapidibus pulcris de christallo, /~~ad similitudinem ill\~~ et cum uno ceptro et pomo argenteis, et cum uno ense descendi, /ad similitudinem illorum cum quibus fuimus coronati\, et cum aliis ornamentis de sirico et de lino cum quibus fuimus, /ut predicatur,\ coronati. Et hec fiant per manumissores nostros subscriptos ad expensas nostras. Et volumus et mandamus quod /fiat alia corona, ~~aurea cum qua nos fuimus coronati~~, ceptrum et pomum de argento ad similitudinem illius cum quibus fuimus coronati,\ chimera sive galea que coram nobis portatur cum scuto modico nostro ~~simul pendencia~~, /et\ cum vexillo nostro, ~~et unum aliud scutum de cavallero~~ /et predicta\ sint et remaneant perpetuo supra ad unam partem /dicti\ tumuli /~~nostri~~\ in memoria nostri.

[4] Post<sup>10</sup> hoc facimus, eligimus et ordinamus certos et speciales manumissores et exeutores huius nostri testamenti seu ultime voluntatis inclitum infantem Petrum, Rippacurcie et Montanearum de Prades comitem, patrum nostrum carissimum, et venerabilis in Christo patres archiepiscopos Terrachone et Cesarauguste, et episcopos Valencie et Elnensis, presentes et qui pro tempore fuerint, et nobilem Bernardum de Capraria, nec non confessorem et cancellarium nostros qui tempore obitus nostri fuerint, Rodericum Didaci, militem, et Luppum de Gorrea, militem, consiliarios nostros dilectos, de quorum sinceritate confidimus. Quibusquidem exequitoribus plenariam potestatem atribuimus quod omnes, vel maior pars eorum, vel tres aut duo ex ipsius, ita quod unus ex duobus sit Elnensis episcopus, quousque inclitus ac magnificus infans Iohannes, primogenitus noster karissimus, /~~duem~~ //dux\ Gerunde et comes Cervarie,\ etatem compleverit XIII annorum,<sup>11</sup> et ex tunc dicti duo exeutores simul cum dicto nostro primogenito, et non aliter, quem ex nunc pro tunc similiter exequorem nostrum elegimus, presens testamentum et ordinationem nostram compleant et exequatur, absque eorum dampno, de bonis nostris prout supra est et infra invenerint ordinatum.

[5] Volumus<sup>12</sup> etiam quod ad manus suas recipiant, petant et exigant bona nostra mobilia ~~vel sedencia quecumque~~, vasa argentea, redditus, esdevenimenta,

8 Al margen: *De modo sepeliendi.*

9 Al margen: *Idem.*

10 Al margen: *Exeutores.*

11 Al margen: *Quod omnes aut maior pars et cetera compleant.*

12 Al margen: *Potestas manumissorum.*

loca et alia bona mobilia vel sedencia quecumque, per nos deputata et ordinata ad exeucionem huius nostri testamenti; et illa vendant, distrahant, atribuent; redditus, census et precia eorum recipiant, ~~et habeant~~ erogent, solvant et distribuunt; et nichillominus habeant plenariam potestatem faciendi et exercendi omnia et singula que manumissores et exeutores testamenti seu ultime voluntatis, quibus facultas est atributa plenissima, possunt exequi, facere vel quomodolibet adimplere; eciam si talia essent que mandatum exigent speciale.

[6] Insuper,<sup>13</sup> cupientes saluti anime nostre debite providere, volumus et mandamus quod debita et iniurie ad que nos ~~ratione nostri vel predecessorum nostrorum~~ teneremur, tam ratione donacionum, quitacionum aut quarumcumque aliarum racionum sive causarum, solvantur et restituantur integre, libere et expedite per dictos manumissores nostros; et hoc de bonis nostris mobilibus vel immobilibus de quibus scicius solvi poterunt, que apparuerint vel de eis liquere poterit per instrumenta, cartas sive albarana sigillis nostris sigillata, sive per testes, vel alia legitima documenta, de plano et sine ffigura iudicii, prout fforus anime hoc exposcit.

Insuper<sup>14</sup> volumus, ordinamus et mandamus quod debita et iniurie illustrium predecessorum nostrorum regum Aragonum persolvantur, et hoc ex bonis et redditibus per eos assignatis ad predicta debita et iniurias persolvenda; et quod soluciones huiusmodi ffiant per deputatos ad ea solvenda.<sup>15</sup>

Set volumus, statuimus et ordinamus quod dicta debita et iniurie persolvantur illis principalibus personis quibus debebantur /seu debentur,\ et successoribus ac heredibus eorundem et nulli alii, cessionem, donacionem seu aliud ius habenti per modum empconis, mocubelli vel alterius imachinati coloris solucio ffiat aliqua de predictis. Quoniam omnes tales /fictel donaciones, empcones, cessiones et procuraciones super hiis factas sofistice annullamus, irritamus et cassamus, et illas nolimus obtinere aliquam roboris firmitatem.

[7] Item,<sup>16</sup> volumus, ordinamus et mandamus quod incontinenti post obitum nostrum ex vasis seu vaxella nostra argentea, dumtaxat quecumque et

13 Al margen: *Quod iniurie persolvatur. Mandat removeri predecessores que solvi debeant ex redditibus per eos assignatis fiat clausula.*

14 Al margen: *De solvendis debitis et iniuriis aliorum predecessorum.*

15 A continuación: *set volumus et cetera.*

16 Al margen: *[Quod?] non est [n]ecessarium, exceptoque vaxella [au]ri et capelle iam inferius fecitur [men]cio.*





sub quacumque figura existant ad usum et servicium nostrum deputata assidue, tradatur et detur confessori nostro ad vendenda et distrahenda per eum, simul cum archiepiscopo vel episcopo illius diocesi in qua nos contingat debitum exsolvere naturale, usque ad quantitatem et complementum viginti mille solidorum barchinonensium, qui dentur et exsolvantur per eos clericis et religiosis vel aliis cappellanis qui infra duos menses post obitum nostrum celebrent et teneantur celebrare missas cum obsequiis et suffragiis in remedium anime nostre et animarum predecessorum nostrorum.<sup>17</sup>

Volumus tamen quod, si filius et heres noster universalis solvere voluerit protinus predictis archiepiscopo, episcopo et confessori precium et valorem dicte vaxelle argentee, quod vasa ipsa habeat et remaneant penes eum.

[8] Item,<sup>18</sup> cum abbati et conventui monasterii Populeti iam concesserimus cum carta nostra quam inde habent quinque mille solidos regalium renduales super penso nostro Valencie, volumus quod pro dictis /quinque\ mille solidis eis donatis, ut predicatur, monachi ipsius monasterii teneantur missas celebrare, obsequia ac suffragia dicere et alias subvenciones facere in remedium anime nostre ac animarum progenitorum nostrorum in satisfaccionem et esmendam iniuriarum incertarum in quibus nos quibusvis personis quomodolibet teneamur et de quibus non possumus recordari.

[9] Item,<sup>19</sup> dimittimus et legamus amore Dei et pro salute anime nostre et parentum nostrorum Fratibus Minoribus Cesarauguste specialiter, propter honorem inclite infantisse domine matris nostre que inibi est sepulta, quos volumus in opere ecclesie dicti monasterii poni et converti, in satisfaccionem et esmendam aliquorum incertarum iniuriarum in quibus nos tenemur, viginti mille solidos barchinonenses.

Item, abbatisse et conventui Minorissarum dicte civitatis, centum libras barchinonenses similiter dimittimus et legamus.

Item, dimittimus et legamus elemosinarie ~~conventui~~ priori et conventui Predicatorum domus Cesarauguste quinque mille solidos barchinonenses; et priorisse ac conventui Predicatricum dicte civitatis ordinis sancte Agnesii tres mille solidos barchinonenses similiter dimittimus et legamus.<sup>20</sup>

17 Al margen: *Ut ex argento [X]X mille solidorum [...] emantur cum quibus misse celebrentur.*

18 Al margen: *De V mille solidos rendalibus dimissis monasterio Populeti.*

19 Al margen: *Voluit expresse dominus rex quod legata ordinibus facta no ponantur in hac ordinacione, imo voluit de eis fieri codicillum quod asseruit se facturum cum esset Barchinone.*

20 Al margen: *Hic declarat aliis monasteriis quantum legare intendit.*

[10] Item,<sup>21</sup> ad Dei servicium et augmentum divini officii, in remedium anime nostre et parentum ac predecessorum nostrorum, instituimus et ordinamus cappellanas subscriptas seu presbiteratus cum suis servitoribus, nisi in vita nostra eas de facto duxerimus instituendas, prout iam eas incepimus instituere, quas institutas huius serie confirmamus; videlicet: quatuor cappellanas seu presbiteros et duos scolares servitores in cappella nostra, et duos cappellanos cum duobus scolaribus in cappella regine domorum seu palacii nostri Barchinone; item, sex cappellanos seu presbiteros et duos scolares in cappella nostra Regalis Valencie; et quatuor cappellanos seu presbiteros et duos scolares in cappella nostra maiori, et alios duos cappellanos et duos scolares in cappella minori de l'Aliafaria nostra Cesarauguste; et quatuor cappellanos et duos scolares in cappella castri nostri Ilerde; et unum cappellanum cum uno scolare in cappella nostra palacii nostri civitatis Osce.

Volentes firmiter et mandantes quod dicti cappellani in cappellis predictis, ut supra distinguitur, missas diebus singulis in perpetuum celebrent, et divina officia horis diurnis pariter et nocturnis sollempniter recitent in cappellis nostris maioribus supradictis; et in eisdem cappellis horis predictis personaliter assistant; et scolares predicti eis et dictis horis serviant personaliter prout decet.

Cuilibet quorum cappellanorum, illis de Valencia et de Barchinona /et de Illerda\ viginti libras barchinonenses, et scolaribus eis servientibus decem libras barchinonenses; illis vero de l'Aliafaria Cesarauguste et palacio Osce, quindecim libras iaccenses, et scolaribus eorum octo libras iaccenses, pro eorum provisione anua damus, concedimus et assignamus.

Ad quam provisionem exsolvendam annis singulis pretactis cappellanis et scolaribus, videlicet Regalis Valencie et palacii Barchinone, certos redditus iam duximus assignandos que /quos\ ad ea solvenda obligatos esse volumus iuxta instrumentorum institucionum super hoc factorum series et tenores.

Et ad provisiones cappellanorum et scolarium de l'Aliafaria Cesarauguste et palacii Osce, violaria quecumque primo vaccantia in et super redditibus salinarum nostrarum de Remolinis et de Castellario huius serie assignamus, ita quod cum vaccaverint protinus assignentur et applicentur cappellaniis memoratis usque ad perfectum complementum dictarum provisionum. Ad quam provisionem ipsa violaria ex nunc obligamus et esse volumus specialiter obligata.

21 Al margen: *Institucio cappellaniarum.*

Et illis cappellanis et scholaribus castri Ilerde, redditus qui nunc recipiuntur per deputatos exequcioni nobilis Ermengaudi, quondam comitis Urgelli, specialiter assignamus et obligamus, ac obligata et assignata esse volumus ad solucionem et complementum dictarum provisionum.

Quas provisiones ex predictis redditibus et iuribus annis singulis eisdem cappellanis et scholaribus solvi volumus et iubemus, quousque nos vel successores nostri reges Aragonum emerimus seu emerint tributa, census et redditus certos in predictis civitatibus et earum terminis que sufficiant ad predicta.

Insuper<sup>22</sup> volumus et ordinamus quod sit et eligatur unus ex dictis cappellanis in qualibet civitate ~~cappella~~ /vel loco ubi dicte cappellanie instituuntur\ qui regat cappellam ad quam preferetur, et custodiat vestimenta et ornamenta cappellarum; et possit punire et corrigere alios cappellanos, si honeste et continue non servierint horis, per privacionem provisionis ad certum tempus iuxta arbitrium sui, prout iuste ~~tamen~~ fuerit faciendum, sine tamen omni iudiciali observacione.

Et<sup>23</sup> dictus preferens habeat racione sue maioritatis centum solidos barchinonenses in civitatibus ubi barchinonenses currunt, et septuaginta solidos ~~barch~~ iaccenses in civitatibus quibus iaccensium currunt, ultra provisionem eis assignatam.

Quarum<sup>24</sup> cappellaniarum ius patronatus et institucionem et donacionem seu collacionem, eleccionem et presentacionem dictorum cappellanorum et scholarum nobis et successoribus nostris regibus Aragonum totaliter reservamus ac eciam retinemus pleno iure. Et volumus ac eciam retinemus quod dicti cappellani et scholares pro dicta eorum provisione vel pro bonis ad ipsam provisionem assignatis vel assignandis ad aliquam cenam, visitacionem diocesani nec alterius persone, nec ad expensas alicuius nuncii vel legati Sedis Apostolice, vel ad solucionem decime, vel ad faciendum pro predictis servitatem vel contribucionem aliquam alicui persone minime teneantur.

[11] Item,<sup>25</sup> volumus et iubemus quod infra anynum post obitum nostrum induantur mille christiani pauperes de panyno albo, videlicet de duabus vestibus quilibet ipsorum.

22 Al margen: tres puntos en triangulo y una línea.

23 Al margen: tres puntos en triangulo y una línea.

24 Al margen: tres puntos en triangulo y una línea.

25 Al margen: *Quod induantur mille pauperes.*

[12] Item, approbamus, confirmamus et laudamus instrumenta et cartas assignacionum, donacionum et alia per nos facta, data, firmata et concessa illustri Alionore regine Aragonum, coniugis nostre carissime, illustris regis Sicilie nate, tam racione camere sibi assignate quam racione domus sue.

[13] Item,<sup>26</sup> volumus et ordinamus quod omnia et singula officia, tam domestica quam alia quibusvis personis in regnis et terris nostris concessa ab beneplacitum post obitum nostrum remaneant concessa ad vitam illorum qui ea nunc tenent vel tenebunt tempore obitus nostri; illa tamen officia que concedi possunt ad vitam, dummodo tenentes ea se habuerint in eis legaliter atque bene. Nos enim ex nunc pro tunc eisdem concedimus ipsa officia quamdiu vixerint in humanis. Ab hiis tamen excludimus illa officia que secundum Constituciones, Fforos vel privilegia concedi ad vitam non possunt.

[14] Ceterum,<sup>27</sup> pro sepultura nostra fienda et pro iniuriis nostris solvendis et ad alia legata per nos facta et ordinata, tam in presenti testamento quam in codicillo vel codicillis nostris ex nunc fiendis contenta et expressata, complenda et persolvenda, triginta mille libras monete barchinonensis de terno accipimus de bonis nostris, ad que habenda et recipienda per dictos manumissores nostros pro complendis et exequendis premissis, assignamus de presenti omnia vasa nostra, exceptis illis que necessaria fuerint pro dictis viginti mille solidibus quos supra dari mandamus confessori nostro distribuendos in celebrandis missis, ut superius continetur, quecumque tempore obitus nostri habebimus et nobis reperta fuerint, tam auri quam argenti, et omnia iocalia de quibus non ordinavimus supra, cuiuscumque generis vel speciei fuerint, exceptis infrascriptis; et omnia et singula bona mobilia et semoventia nostra que nos habemus et tempore obitus nostri habebimus seu nobis reperta fuerint.

Excipimus<sup>28</sup> tamen istis iocalibus: reliquiariis auri vel argenti Vera Cruce, camisia et spina domini nostri Ihesu Christi, nec non ceptro cum lapide rubicii, et pomo et corona maiore quam emi fecimus Parisius, ense munito cum perlis, almarraxa de camafeu, duobus ciphis seu cupis aurei, et picherio auri, et tabula argentea, eciam et coronis aureis, ensibus cum munimentis perlarum vel aliis, ~~nec non cappella nostra~~ nec non tabula de christal et de chaspi, nec non

26 Al margen: *Quod officia ad beneplacitum concessa sint ad vitam.*

27 Al margen: *Hic recipit iocalia ad complendum testamentum.*

28 Al margen: *Hic excipit aliqua et maiora ex iocalibus que remaneant domino duci vel cuicumque heredi suo et cetera.*

cappella nostra cum retrotabulis, calicibus, crucibus, imaginibus, auri vel argenti, panyinis, vestimentis, ornamentis, /nec non libros cuiuscumque sciencie fuerint vel natura,\ et quibuscumque aliis que ad servicium et usum cappelle nostre nunc habemus vel habebimus tempore obitus nostri. Quia hec omnia dimittimus et legamus inclito ac magnifico infanti Iohanni, primogenito et heredi nostro universali, vel substitutis suis, prout ad quemlibet hereditatem nostram devolvi contingerit iuxta formam per nos inferius denotatam. Cum ea omnia velimus in dicto herede nostro universali, quecumque fuerit, remanere tam pro honore cappelle sue quam pro servicio divino et usu heredis ipsius.

Volentes<sup>29</sup> et mandantes quod dicti manumissores nostri, incontinenti cum dies nostros ffinierimus, omnia alia bona nostra mobilia, /utensilia\ et semoventia, exceptis predictis de quibus supra disponimus, accipiant ad manus suas et ea distrahant atque vendant publice, et precium ipsorum in predictis convertant et ponant quam cicius potuerint.

[15] Insuper,<sup>30</sup> ad premissa melius habenda et complenda, assignamus, et ex nunc obligatos et obligata esse volumus in speciali, omnes et singulos fructus, redditus et proventus et alia iura nostra comitatum Rossilionis et Ceritanie ac terrarum Confluentis et Vallispiri, ita videlicet quod annis singulis recipiantur ex dictis redditibus et iuribus decem mille libre barchinonenses per dictos nostros exequutores usque ad complementum dictarum triginta mille librarum; et ex tunc etiam tantum et tamdiu donec huiusmodi nostrum testamentum ffuerit completum et nostra debita et iniurie ac legata, tam in eo quam in nostris codicillis contenta, fuerint integre persoluta.

Et<sup>31</sup> si dicti redditus et iura haberi nequirent quavis impedimento vel causa, ad predicta complenda obligamus in speciali omnes redditus et iura que illustris domina regina Elionor, excellentissimi domini regis Alfonsi, patris nostri recolende memorie, relicta, et illustris /regina\ Elionor, consors nostra carissima, nunc tenent pro iure camerarum et dotium suarum seu alio quovis titulo, et qui et que debent post earum obitum ad coronam regiam reduci et tornari, ita quod, quam cicius per dictarum reginarum obitum vel aliter vaccaverint, ipsos et ipsa percipiant nostri exequutores predicti, et recipiant ad manus suas, tamdiu donec testamentum nostrum huiusmodi completum fuerit ac eciam exequutum.

29 Al margen: *Potestas quod incontinenti vendantur.*

30 Al margen: *Assignacio reddituum Rossilionis et Ceritanie ad predicta.*

31 Al margen: *Hic fuit sublata domina Eliesendis quia sic ma(n)davit (?), et loci eius ponuntur redditus domine regine nostre.*

[16] Siquid vero de dictis triginta mille libris superfuerit, solutis omnibus supradictis, totum id et quantum fuerit detur et distribuatur per dictos manumissores nostros ob salutem animarum ~~nostrorum~~ parentum nostrorum et nostre, pro captivis redimendis, orffanis maritandis et aliis piis causis.

Et si predicta triginta mille librarum ~~non suffecerint~~ ad predicta et infrascripta ac alia in codicillis nostris contenta, et ad debita et iniurias nostras solvendas et alia complenda et persolvenda non sufficerint, id quod et quantum fuerit deffecerit volumus ~~de bonis~~ de bonis nostris predictis recipi et haberi, tantum et quousque nostrum testamentum huiusmodi fuerit completum, ut superius et inferius ac in nostris codicillis ~~fui~~ est et fuerit ordinatum.

[17] Insuper<sup>32</sup> volumus, et mandamus et ordinamus quod heres noster universalis subscriptus non possit ad coronam regie dignitatis assummi, nec possessionem regnorum et terrarum habere, nec eciam subditi nostri eidem teneantur prestare aliquid ffdelitatis homagium vel iuramentum, donec ipse heres iuraverit ad sacro sancta Dei Euvangelia nostrum testamentum huiusmodi, et omnia et singula in eo /et in nostris codicillis\ contenta complere, satisfacere ac eciam emendare, et in aliquo non contra facere vel venire, impedire vel impediri facere, vel per aliquem alium contra fieri non permittere aliqua racione. Si tamen heres noster subscriptus fuerit etatis quod iurare possit predicta; aliter, quam cicius venerit ad etatem teneatur iuramentum prestare supradictum. /Insuper mandamus eidem successori nostro quod Fforos, Usaticos, privilegia, franchitates, libertates, immunitates et bonas usancias seu consuetudines iuret observare illis subditis nostris quibus iurare tenetur.\ Et medio tempore tutor vel tutores dicti heredis nostri teneantur prestare huiusmodi iuramenta.<sup>33</sup>

[18] Legamus<sup>34</sup> insuper iure institutionis filio nostro legitimo masculino post primum nascituro castrum et villam Morelle, et castrum ac vallem de Uxone sita in regno Valencie, et villas del Bayo et de Biota, sitas in regno Aragonie, ~~quas heres noster universalis redimere teneatur~~ cum eorum aldeis, /nec non\ alquareas de Alfandiguiella et de Benicarlo, nec non loca de Elch et Crivillen, in casu quo ad coronam regiam devenirent quandocumque, cum ~~militibus~~ aliis alquareis et terminis eorum, et cum militibus et dominabus et aliis hominibus et feminis, ac mero et mixto imperio, et omnimoda iurisdiccione, redditibus,

32 Al margen: *Quod heres teneatur hec iurare.*

33 A continuación: *Hec videtur superfluum. Iuramentum inibentes omnibus et singulis subditis nostris.*

34 Al margen: *Institucio secundigeniti.*

proventibus, exitibus et esdevenimentis, et omnibus aliis iuribus et pertinenciis suis universis, ad feudum videlicet honoratum sine omni servicio, iuxta Usaticos Barchinone et Consuetudines Cathalonie.<sup>35</sup>

Ac<sup>36</sup> illum constituimus comitem dicte ville Morelle, cum aldeis, locis, alquareis et terris suis; quam villam, eo casu, instituimus et ffacimus comitatum. Quam siquidem villam, castrum et aldeas de Moriella, nec non castrum et vallem de Uxone, et villas seu loca de Elch, Crivillen, del Bayo et de Biota, cum omnibus supradictis, dictus secundogenitus noster masculus, et filii sui successores legitimi masculi ex legitimo matrimonio et carnali copula consumato procreati, habeant, possideant et dominantur ut suas et sua in feudum, ut predicitur, honoratum in perpetuum pro nobis et herede nostro universali qui rex fuerit Aragonum et Valencie ac comes Barchinone, et successoribus eius; et prestant ac faciant inde homagium, et teneantur de ipsis castro, villa et aldeis Morelle, et castro de Uxone, ac de villis d'Elch et de ~~Alacant~~<sup>37</sup>/Crivillen, et ffortitudinibus de Biota et del Bayo, et ffortitudinibus earum et singulorum eorum, ipse et sui, irati et paccati, dare potestatem et potestates heredi nostro universali et suis, secundum Usaticos Barchinone et Consuetudines Cathalonie, quandocumque et quocienscumque dictus heres universalis noster et sui eam vel eas duxerint requirendas.<sup>38</sup>

Intendimus<sup>39</sup> tamen, volumus et mandamus quod dictus heres universalis noster teneatur reddimere loca del Bayo et de Biota a nobili Petro de Xericha vel successoribus suis, iuxta retencionem quam habemus in eisdem. Et si idem heres hoc facere distuleret, volumus quod redditus /et iura\ ~~per nos supra assignata~~ comitatum Rossilionis et Ceritanie supra per nos deputata ad exequionem huius testamenti, detineantur tamdiu per exequiores nostros donec dicta loca redempta fuerint per dictum nostrum heredem vel etiam ex ipsis redditibus ea redimere valeant nostri exequiores predicti in fautam heredis nostri.

Teneantur<sup>40</sup> eciam dictus filius secundogenitus noster et sui pro dicto comitatu Morelle et aliis predictis que sibi legamus in regno Valencie, venire ad Curias generales regni Valencie; et pro villis predictis de Biota et del Bayo

35 A continuación: *Ac illum constitui.*

36 Al margen: *Retencio feudi.*

37 Al margen: *Superius dixit Criveleyn.*

38 A continuación: *Teneantur.*

39 Al margen: *Quod heres teneatur redimere loca del Bayo.*

40 Al margen: *Quod teneantur venire ad Curias.*



ad Curias regni Aragonie; et interesse dictis Curiiis quando et quociens per dictum heredem nostrum vel successores eius mandatum vel requisicionem receperint super eo.

Nec non teneantur servare monetas regalium ~~iaccenses~~ et Fforos Valencie pro hiis que habeant in regno Valencie, et monetam iaccensem et Fforos Aragonie pro hiis que habeant in regno Aragonie; et alia eciam facere et complere que alii tenentes pro nobis in dictis regnis et eorum quolibet ffeuda honorata tenentur facere atque debent ~~sedes~~ secundum Fforos et usus regnorum predictorum.

[19] Preterea<sup>41</sup> legamus iure institucionis filio nostro legitimo masculino post dictum secundum nascituro villam nostram de Saranynena, cum aldeis et terminis suis, sitam in regno Aragonie, nec non Tarreguam et Villagrassam in Cathalonia, et villam Castilionis Campi de Burriana in regno Valencie, cum aldeis, alquareis, terris et terminis, et cum militibus et dominabus, et aliis hominibus et feminis, ac mero et mixto imperio, et omnimoda iurisdiccione, redditibus, proventibus, exitibus et esdevenimentibus, et omnibus aliis iuribus et pertinenciis suis universis, ad feudum videlicet honoratum sine omni servicio, iuxta Usaticos Barchinone et Consuetudines Cathalonie; et illum constituimus comitem Saranynene. Quam villam, cum aldeis, locis, terminis et terris suis instituimus et facimus comitatum.

Quas<sup>42</sup> siquidem villam de Saranynena, cum aldeis suis, nec non Tarreguam et Villamgrassam in Cathalonia, et villam Castelionis /Campi\ in regno Valencie, cum omnibus supradictis, dictus terciusgenitus noster masculus, et filii sui successores legitimi masculi ex legitimo matrimonio et carnali copula consumato procreati, habeant, possideant et dominantur ut suas et sua in feudum, ut predicitur, honoratum in perpetuum pro nobis et herede nostro universali qui rex fuerit Aragonum et Valencie ac comes Barchinone, et successoribus eius; et prestant ac faciant inde homagium, et teneantur de ipsis villis et aldeis et fortitudinibus ac terminis ipsarum et singulorum eorum, ipse et sui, irati et paccati, dare potestatem et potestates heredi nostro universali et suis, secundum Usaticos Barchinone et Consuetudines Cathalonie, quandocumque et quocienscumque dictus heres universalis noster et sui eam vel eas duxerint requirendas.

41 Al margen: *Institucio terciigeniti.*

42 Al margen: *Retencio feudi.*

Teneantur<sup>43</sup> insuper dictus filius noster terciogenitus pro dicto comitatu Saranynene venire ad Curias regni Aragonie; et pro dicta villa Castellionis ad Curias regni Valencie; et pro dictis villis Tarrege et Villegrasse ad Curias seu Parlamenta Cathalonie, et interesse dictis Curiis et Parlamento quando et quociens per dictum heredem nostrum vel successores eius mandatum vel requisicionem receperint super eo.

Et teneatur eciam observare monetas usuales in dictis regnis et comitatu Barchinone, et alia eciam facere et complere que alii tenentes pro nobis in dictis regnis /et comitatu\ feuda honorata facere tenentur et debent secundum Fforos, usus et Consuetudines dictorum regnorum et comitatu.

[20] Condecimus<sup>44</sup> tamen, volumus et ordinamus ac retinemus expresse quod, si prefati filii secundo et tercio geniti nostri, aut alter eorum, vel filius vel filii ac nepotes, seu alii quecumque descendentes ex [uno vel ab] altero ex legitimo et carnali toro nati masculini sexus, decederent quodcumque absque ~~ilio vel filiis~~ /filio vel filiis, ~~libero vel liberis~~\ legitimis masculini sexus ex legitimo thoro natis, /vel aliis liberis masculis legitime procreatis ex masculino sexu descendentibus\, castrum, villa et aldeis de Morella predicta, nec non villa de Saranynena et aliis villis et loca, ac alia que eis et cuilibet eorum dimittimus cum omnibus et singulis predictis, ad superstites eorum fratres devolvantur.

Si<sup>45</sup> vero omnes decederent sine liberis masculini sexus ex legitimo matrimonio precreatis, tunc ad heredem nostrum universalem et nostrorum qui pro tempore fuerit, qui erit rex Aragonum et Valencie ac comes Barchinone, libere et absque contradiccione et impedimento quolibet integraliter devolvantur ac eciam revertantur. Salvis<sup>46</sup> tamen obligacionibus, siquas ibi fecerint, ipsi filii nostri vel sui uxori vel uxoribus cum qua vel quibus duxerint contrahendum pro dotibus et dodariis earundem uxoribus, quas et que ipsis uxoribus in dictis castris, villis et locis salva esse volumus et illesa.

Si<sup>47</sup> vero dicti filii nostri aut alter ex eis, aut descendentes ab ei vel eorum alter legitimi masculini sexus sit descendentes, relinquerint filiam vel filias, neptem vel neptes, heres noster universalis qui pro tempore fuerit teneatur eas decenter, secundum condiciones earum, matrimonio collocare.

43 Al margen: *Quod teneantur ad Curias venire.*

44 Al margen: *Vinculum*, más tres puntos en triángulo y una línea.

45 Al margen: *Vinculum*.

46 Al margen: *Reservacio docium uxoribus.*

47 Al margen: *Quod si filie remanserint universalis heres teneatur eas maritare.*

Quo<sup>48</sup> casu similiter prenomina omnia castra et loca, cum omnibus et singulis antedictis ad dictum heredem nostrum et suos libere et absque contradiccione et impedimentu quolibet integraliter devolvantur et eciam revertantur, salvo tamen quod ~~sepedictus filius secundo genitus~~ sepedicti filii nostri et descendentes ex eis, possint ordinare pro suis animabus et suis voluntatibus faciendis, videlicet eorum quelibet usque ad quantitatem quindecim mille librarum barchinonensium quam eis ~~dicto et eorum cuilibet~~ dicto casu legamus pro parte et legitima. Et quas quantitates ~~dictus~~ heres noster universalis et sui, ante quam dicta castra seu loca recuperent, exsolvere teneantur. Hec autem relinquimus pro hereditario et iure institutionis dictis secundo et tercio genituris nostris masculis.

Statuentes et ordinantes quod directum dominum dictorum castrorum et locorum per heredem nostrum universalem vel suos non possit alienari ex aliquo contractu in aliquam aliam personam, set semper remaneat in regem Aragonum et comitem Barchinone; et si contra fieret, volumus quod essent et sint alodium dicta feuda ipso fratre.

[21] Si<sup>49</sup> vero plures filios masculos haberemus post tres predictos successive et proximo nascituros, volumus et disponimus quod omnes sint clerici, set non recipiant sacros ordines usque ad vicesimum anynum, et in liberalibus artibus et divinis scienciis instruantur, et eos in alimentis et aliis necessariis ad eorum vitam decenter per heredem nostrum infrascriptum, vel suos, volumus provideri, ut in Ecclesia Dei prodesse valeant et provehi ad ecclesiasticas dignitates.

[22] Legamus<sup>50</sup> inquam iure institutionis inclite infantisse Constancie, filie nostre primogenite, quinquaginta mille libras barchinonenses pro omni iure sibi pertinenti in bonis nostris, tam ratione legitime sue, quam ratione porcionis sibi debite de dote materna. Quam infantissam volumus et disponimus cum aliquo rege seu alio magno principe catholico matrimonialiter collocari. Et si pro dote seu dodario dictarum quinquaginta mille librarum cum rege contrahere non valeret, superadatur ei per heredem nostrum universalem id quod necessarium et iustum fuerit ad matrimonium contrahendum cum rege, si inveniatur. Si tamen dicta infantissa fuerit matrimonio copulata tempore obitus nostri, intendimus quod contentetur hiis

48 Al margen: *Verso que hec in* (?).

49 Al margen: *De aliis filiis*.

50 Al margen: *Institucio domine infantisse primo genite*.

que in dotem sibi fuerint constituta. Quo casu, dictam dotem ei constitutam et mille morabatinos auri eidem legamus iure institucionis et legati sibi relictis in testamento materno ad quod solvendum nos eramus astricti.<sup>51</sup>

[23] Legamus<sup>52</sup> eciam iure institucionis inclite infantisse Iohanyne, secundogenite nostre, quadraginta mille librarum barchinonensium pro omni iure sibi pertinenti in bonis nostris, tam ratione legitime paterne, quam ratione pracionis eam contingentis de dote materna. Si tamen fuerit matrimonio copulata tempore obitus nostri, intendimus quod contentetur hiis que in dote sibi fuerint constituta. Quo casu dictam dotem ei constitutam et mille morabatinos auri eidem legamus iure institucionis, et in predictis ipsam nobis heredem instituimus. Et insuper volumus quod dos que eidem in vita nostra fuerit constituta compensetur pro rata et cedat sibi in solutum usque ad quantitatem institucionis et legati sibi relictis in testamento materno, ad quod solvendum nos eramus astricti. /Quasquidem quantitates exovarii et legati sive institucionis eis per universalem heredem nostrum dari precipimus et iubemus.\

[24] Preterea<sup>53</sup> legamus et dimittimus dictis /inclitis infantissis\ filiabus nostris pro provisione sua quousque matrimonium ~~at~~ contraxerint, annis singulis exsolvendum, quatuor mille libras, quas habeant assignata, videlicet tres mille prout hodie eas nunc habent super redditibus nostris Maioricarum, et residuas mille libras cum presenti super eisdem redditibus Maioricarum assignamus habendas et recipiendas annis singulis, simul cum dictis tribus mille libris iam assignatis et sub eisdem obligacionibus et mandatis.

Volumus tamen /et ordinamus\ quod postquam altera dictarum infantissarum fuerit matrimonio collocata, /altera\ contentetur provisione dictarum trium mille librarum quas hodie habent ambe pro sua provisione. Et hoc casu revocamus superadicionem dictarum mille librarum supra per nos factam.<sup>54</sup>

Item, ultra predicta, volumus et eis confirmamus castrum et vallem de Uxone et Villamregalem, ita quod per eas teneantur modo et condicionibus in instrumentos super hoc confectos plenius enarratis.

51 Al margen: *Institutio infantisse Iohanne. Legamus eciam iure institucionis.*

52 Al margen: *Pro domina Iohanna.*

53 Al margen: *Provisio.*

54 A continuación: *Preterea dictis inclitis infantissis.*

[25] Si vero plures filias haberemus nobis superstites, cuilibet earum legamus iure institutionis viginti mille libras barchinonenses pro dotibus suis.

[26] Demum,<sup>55</sup> instituimus heredem universalem nostrum in regnis Aragonie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice ac comitatibus Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, et terris eis adiacentibus, et in aliis universis bonis nostris, exceptis hiis que supra aliis legavimus, inclitum ac magnificum infantem Iohanynem, primogenitum nostrum carissimum, duces Gerunde et comitem Cervarie.

Et<sup>56</sup> si dictus ~~infans Iohannes~~ inclitus ac magnificus infans Iohannes, primogenitus et noster heres universalis, non pervenerit ad successionem nostram huiusmodi, vel erit heres noster et decesserit infra pupillarem etatem, vel postea quodcumque, sine liberis ex carnali et legitimo matrimonio procreatis, substituimus ei in dictis regni et comitatibus filium nostrum legitimum masculum post eundem proximiori loco intervinentes ex legitimo et carnali matrimonio nasciturum. Et sic subsequatur de secundo ad tertium et ad omnes alios filios nostros legitimos et ex legitimo matrimonio et carnali copula nascituros, eciam si clerici fuerint aliis laycis non extantibus, si per ordinem successive decedant infra pupillarem etatem, vel postea quodcumque sine liberis ex legitimo thoro natis. Quos omnes, sub forma prime substitutionis, in defectum liberorum, ut premitur, gradatim substituimus, videlicet unum alii successive.

[27] Porro,<sup>57</sup> sedule cogitantes quod reges et principes orbis sunt in tanti gradis excellencia constituti ex eo quod iusticiam Deo gratam et a celo procedentem in eis comisso regimine inter eorum subditos valeant equo libramine conservare, et si ex debito officii unicuique quod suum est reddere sunt astricti, multo magis sibi ipsis et proli ex eorum sustancia divina disponente clemencia procreate, eorum successiones et iura illibata tenent merito conservare. Ex hiis cupientes nostre anime salubriter providere, et ut inter dictum inclitum ac magnificum infantem Iohannem, primogenitum nostrum, et filias nobis natas, fratres et patruos nostros, et alios quibus regnorum comitatum et terrarum nostrarum successio pertineret, in casu quo ~~nobis~~ /nos\ sine liberis masculis decedere contigeret, quod absit, nulla questionis materia suscitetur, imo inter eos tranquillitas conservetur, et regna,

55 Al margen: *Heredis institutio.*

56 Al margen: *Substitutiones*; tres puntos en triángulo y una línea.

57 Al margen: *Substitutio domine infantisse.*

comittatus et terre ac subditi naturales fideles nostri in obtate pacis quiete servantur, nos, scientes non sic esse regibus liberam voluntatem disponendi de regnis suis sicut aliis privatis hominibus arbitrium est concessum de rebus suis disponere pro libito voluntatis,<sup>58</sup> propterea diligenter indagari fecimus et disquiri ad quem, post nostri obitum, non existentibus ex nobis filiis et liberis legitimis masculinis, regnorum, comitatum et terrarum nostrarum successio pertineret. Et hoc negotio multorum sapientum deliberatione provida revoluto, comperimus quod predictorum successio ad inclitam infantissam Constanciam, carissimam filiam primogenitam nostram iure primogeniture, et successive ad alias filias nostras, et non ad quemquam alium pertinebat, inter alia rationibus que sequuntur:

Primo, quia in successionibus nulla est differentia inter masculum et feminam, ut omnia iura dicunt; constat autem quod, si nobis filius masculus tempore mortis nostre supervivat, ille indubitanter nobis succedet ratione sue primogeniture, propter quod, non existente eo vel alio masculo nostro, filia primogenita debet succedere.

Secundo, quia existente linea recta, numquam successio devenit ad transversalem, et ideo, existentibus filiabus ~~primogenita debet succedere~~ ex nobis procreatis, non debet regnum nostrum ad alios devenire.

Tercio, quia iura dicunt quod ex iure primogeniture debetur successio regni, et eo casu regnum frater deberi quo rex sine prole decedit; cum ergo dicta infantissa sit primogenita, et nos sine prole <non> decedamus, ideo non ad fratres nostros, set ad dictam infantissam primogenitam regni successio debet dicto casu modis omnibus pertinere.<sup>59</sup>

Quarto, quia hoc est per claram consuetudinem quasi in omnibus regnis Yspanie approbatum, nam constat regnum Aragonie devenisse ad filiam que fuit Barchinone comiti matrimonialiter copulata; constat etiam quod dominus Iacobus primus, rex Aragonum abavus noster, in testamento suo, post successionem filiorum, alteri ex filiabus suis regni successione pertinere asseruit, omnibus aliis de genere suo omissis.

Regnum<sup>60</sup> enim Navarre etiam venit ad filiam, multis aliis masculis de genere patris repulsis, et hoc fuit per sententiam iudicatum.

58 Al margen derecho: tres puntos en triángulo y una línea.

59 Al margen derecho: *Attencio*.

60 Al margen: *Nota*.

In regno Castelle, vivente rege Fferdinando, avo huius regis que nunc est, ffuit iuratus in regem illustris Alfonsus, pater ipsius, qui ultimo nunc decessit; et eo decedente sine liberis, fuit iurata domina Elionora, regina Aragonum, filia dicti regis Fferdinandi. Qui tamen rex Fferdinandus habebat eo tunc duos fratres infantes, scilicet Petrum et Iohannem.

Ne<sup>61</sup> putet, quisque obstante predictis, quod dominus rex Iacobus predictus ordinavit, scilicet, quod regnum Aragonum ad feminam nullatenus deveniret. Hoc enim in preiudicium istius infantisse filie nostre, dictus dominus Iacobus ordinare non potuit, sicut nec legitima filiis vel filiabus quibus legitima debetur posset per patrem auferri.

Item,<sup>62</sup> alia ratione dicta dispositio domini regis Iacobi non valuit; constat enim quod ipsa regna Aragonum et Valencie et comitatum Barchinone filio suo regi Petro in vita donaverat, ut ipsemet testatur in quadam compositione per eum tractata et facta inter filios suos Petrum et Iacobum, ergo, cum tempore mortis ipse non esset dominus regni, super eis successione nichil potuit ordinare.

Eisdem eciam rationibus non obstant ordinationes testamentorum domini Iacobi, avi, et domini Alfonsi, patris nostrorum; constat enim quod in eorum vita regnum erat nostrum, et omnes nobis obedire et legales esse iuraverant ut domino naturali. Et hoc de consensu eorundem dominorum Iacobi, avi, et Alfonsi patris nostrorum, et eis presentibus, et expresse eorum assensum prestantibus, ut prefertur. Propter que clare reperimus de consilio multorum peritorum quod, sine dampnacione anime nostre, non erat in nostra potestate, in casu predicto, alteri quam dicte filie nostre regna nostra et terras dimittere.

Igitur,<sup>63</sup> si nos contingat sine liberis sexus masculini decedere, quod Deus propter sui misericordiam avertat, vel eciam cum liberis ~~sexus masculini~~ masculinis, et ipsi liberi ad huiusmodi successionem non pervenerint, vel infra pupillarem etatem, aut aliter quandocumque ipsos sine liberis legitimis et ex legitimo et carnali thoro natis mori contigerit, quod absit, instituimus heredem nostram universalem in dictis regnis et comittatibus et terris eis adiacentibus inclitam infantissam Constanciam, filiam primogenitam nostra. Et si dicta infantissa heres nobis non erit, vel erit et infra pupillarem etatem vel aliter

61 Al margen: *Nota.*

62 Al margen: *Attencio.*

63 Al margen: *Substitutio domine Iohanne*

quandocumque sine liberis legitimis ex carnali et legitimo matrimonio procreatis decesserit, substituimus eidem inclitam infantissam Iohanynam, secundogenitam nostram, quam in hoc casu nobis universalem heredem dictorum regnorum et comittatum, terrarum et dominationum nostrarum instituimus et ordinamus.

Et si dicta infantissa Iohanyna heres nobis non erit, vel erit et infra pupillarem etatem vel aliter quandocumque sine liberis legitimis ex carnali et legitimo matrimonio procreatis, eam mori contingeret, substituimus ei aliam filiam vel filias nostras legitimas ex carnali et legitimo matrimonio thoro natas, unam post aliam successive secundum ordinem geniture, quas etiam inter se pari modo substituimus.

[28] Preterea statuimus, volumus ac eciam ordinamus quod, si dicte filie nostre vel earum alia, tempore quo ad huiusmodi successionem universalem pervenirent, essent matrimonio collocatae cum aliquo principe, duce, comite vel alio que subesset vel terram teneret in regno vel dominacione alicuius regis, pro qua subesset eidem, dictus eius maritus teneatur vendere vel aliter ordinare et disponere de eadem, taliter quod alicui regi vel principi /subiectus\ in aliquo non remaneat vel existat;<sup>64</sup> et teneatur venire personaliter ad vivendum et presidendum dictis regnis et aliis terris nostris; et tam ipsa quam sui descendentes et successores dictorum regnorum et terrarum teneatur recipere et facere vexillum, signa, bullam et sigilla nostra absque aliqua comixtione vel mutacione alterius signi, prout ea nos facimus, et in eis comixtio aliqua minime apponatur.

Si<sup>65</sup> vero dictus maritus illius filiarum nostrarum que ad dictam universalem successionem perveniret esset rex Ffrancie vel Castelle vel Ingleterre, et haberet tunc vel in posterum duos filios masculos ex dicta filia nostra, quod hoc casu secundogenitus dicti regis et infantisse filie nostre predicte sit rex Aragonum et defferat signa regia domus Aragonie, et nutriatur in regni et terris nostris. Si autem dictus maritus illius filiarum nostrarum que ad dictam universalem successionem perveniret esset rex aliorum regnorum preter predictorum, ~~hoc casu~~ et haberet duos filios masculos ex dicta filia nostra, hoc casu primogenitus talis regis et infantisse filie nostre sit rex Aragonum, et defferat signa regia domus Aragonie, et nutriatur in regnis et terris nostris.

64 Al margen: *Nota.*

65 Al margen: *Hic attentio, quia est noviter exposito.*



[29] Qua siquidem institutiones et substitutiones facimus non obstantibus substitutionibus et vinculis per illustrem dominum regem Alfonsum, genitorem nostrum felicis memorie, super dicta successione appositis in testamento condito per eundem, cum dicta regna et comittatus, ante quam esset conditum dictum testamentum, per ipsum dominum genitorem nostrum ad nos tunc, tamquam ad primogenitum et dominum pertinerent, et etiam ipsorum regimine post eius obitum ad nos similiter pertinetur tam iure nostre primogeniture, quam vigore iuramentorum et homagiorum nobis prestitorum per prelatos, nobiles, milites, syndicos civitatum et villarum regni Aragonie ad predicta specialiter deputatos et mandata specialia habentes, ubi est ius et usus iurare Aragonum reges et dominos ex quibusquidem instrumentis iuramentis est confestim acquisitum ius et dominium in dicto regno, et aliis regnis et comittatibus infanti primogenito iure integro et debito, sic quod /dictus\ dominus genitor noster in predictis regnis et comitatibus de quibus eramus saltem quoad proprietatem tunc vere dominus, et ad nos, ut pretactum est, iure nostro pertinebant, non potuit condicionem vel condiciones vinculum vel substitutionem vel substitutiones aliquas vel aliqua apponere.

Presertim, cum etatem haberemus legitimam et nunc potius habeamus testamentum condendi et disponendi de regnis et comittatibus et aliis bonis nostris predictis pro nostro libito voluntatis, et hoc precipue favente et disponente Aragonie ffori per quod substitutiones et vincula per patres apposita universalibus heredibus in testamentis eorum post vicesimum annum expirant et ipso facto totaliter evanescent.

[30] Iniungentes nichilominus cum hac presenti quam in hac parte vicem pistole obtinere, volumus et mandamus inclitis infantibus nec non reverendis archiepiscopis, episcopis ac prelati, et nobilibus, militibus, civibus, burgensibus ac aliis universis et singulis vassallis et subditis nostris, presentibus et ffuturis, et sub virtute naturalitatis, ffidelitatis et iuramenti, quibus velut naturales et fideles subditi et vassalli nostri nobis astricti sunt vel existunt, ac sub pena predicionis eisdem expresse, dicimus et mandamus, districtius iniungentes quatenus dictam filiam nostram primogenitam, suo casu, aut alias filias nostras suis casibus similiter institutas, iurent in reginam et pro regina et domina dictorum regnorum et terrarum, ac teneant et habeant pro eorum domina naturali dicteque institute cum corporibus atque bonis prestant consilium, auxilium et iuvamen contra omnes, siquos venire contra huiusmodi institutionem contingeret, quod absit.

[31] Preterea,<sup>66</sup> attendentes quod nos dictum inclitum /ac magnificum\ infantem Iohannem, primogenitum nostrum carissimum, prout sue congruit altitudini, volentes honoris articulo decorare de comitatibus Gerunde, Vici et Minorise, nec non de villis Bisulduni, Turricelle de Montegrino, de Pals et de Ffigueriis, omnibusque et singulis castris et villis et locis in vicariis et baiuliis ac procuracionibus Gerunde, Bisulduni, Vici, Ausonie, Rivipulli et Rivipullensis, Campirotundi et de Regali, Minorise, Bagiarum, Bergue, Berguitani, Sancti Petri de Auro, vicecomitatus de Basso, Turricelle de Montegrino, de Pals et de Ffigueriis, unum ducatum erexisse qui Gerunde nomine appellatur.

Et<sup>67</sup> quia ex post facto separavimus a dicto ducatu vicecomitatum de Basso cum castris de Castrofollito, ita quod teneretur in feudum pro nobis sub titulo tamen dicti ducatus, et loco ipsius, /ac in recompensacionem\ vicecomitatus / de Basso\ agregaverimus ~~dicto~~ et eidem duci contulimus villam nostram Cervarie in Cathalonia, erigendo eam ad titulum comitatus, ad hoc ut idem inclitus ac magnificus infans Iohannes duplicis honoris titulo decoraretur, ~~videlicet dux~~ et inde intitularetur dux Gerunde et comes Cervarie, prout lacius de predictis constat in instrumenta publica, bulla nostra aurea et eciam bulla plumbea comunita.

[32] Et<sup>68</sup> subsequenter educacionem dicti ducis et administracionem dicti ducatus nobili et dilecto consiliario nostro Bernardo de Capparria, velut viro utique prudenti, industrioso, honestatis vite decoro et bonis moribus, ac aliis virtutum donis a Deo sibi collatis multipliciter adornato, prout ad tanti principis erudicionem predicta circumspici sunt necessaria, et eciam tanquam nostrorum serviciorum prout facti experientia sepius docuerit et edocet fervido zelatori, utiliter comendasse.

[33] Attendentes<sup>69</sup> eciam quod, casu quo nos mori contingeret infra tale tempus quo inclitus ac magnificus infans Iohannes, primogenitus noster predictus, ad etatem XV annorum nondum pervenisset, ordinavimus per quoddam publicum instrumentum quod dictus ducatus per nobilem et dilectum consiliarium nostrum Bernardum de Capparria deberet regi et gubernari, ideo

66 Al margen: + *Set hic iacet [c]eteri su(n)t (?) in cedula.*

67 Al margen: *Sciatur nomina castrorum que dati fuerint nobili Bernardi.*

68 Al margen: *Usque hic /a #\ iacet. + Hic valet;* y añadido por una mano posterior, tal vez la de Jerónimo Zurita: *Educatio ducis Bernardo de Capparria commissa;* antes del texto: */Revocata fuerint et loco subscriptorum fuerint mutata que sequitur\.*

69 Al margen superior a la izquierda: *b # +.*

volentes dictam ordinacionem in aliquo infringere, set pocius eam roborare, dicto inclito ac magnifico infanti Iohanni, primogenito nostro et duci Gerunde, tutores et curatores assignamus, et eciam eorum aministracionem dividimus prout sequitur.

[34] Preterea, volentes dicto inclito ac magnifico infanti Iohani, primogenito nostro, de tutoribus providere, idcirco ~~videlicet~~ /quod\ nos dictus rex damus et assignamus eidem inclito /ac magnifico\ infanti primogenito nostro in tutores et curatores: illustrem Alionoram, reginam Aragonum, coniugem nostram karissimam, et inclitum infantem Petrum, patrum nostrum karissimum, comitem Rippacurcie et Montanearum de Prades ~~et nobilem Bernardum de Cappararia supradictum~~, cuius tutele et cure aministracionem sic inter eos ducimus dividendam, scilicet quod aministracio circa tuicionem et educacionem persone dicti incliti ac magnifici infantis Iohannis debeat ad dictam illustrem reginam consortem nostram pertinere, ipsa existente absque viro et caste vivente, et in nostra terra permanente. Quecirca dictam aministracionem teneatur illum modum et formam observare que continentur in ~~dicto~~ publico instrumento inter nos et dictam reginam, ex una parte, et nobilem Bernardum de Cappararia, ex altera, /facto,\<sup>70</sup> quod est sigillatum sigillo nostre magestatis et sigillo dicte regine, coniugis nostre, actum et datum in castro nostro Perpiniensi die XXI ianuarii anno a Nativitate Domini millesimo CCCL primo. Quod instrumentum et contenta in eo, tenore huius nostre ultime voluntatis, laudamus, approbamus et ratificamus, et illa habere volumus roboris firmitatem prout in dicto instrumento et aliis declaracionibus ex eo sequitur seriorius enarratur. Et cum in eodem instrumento /et aliis predictis,\ eo casu quo infra tale tempus decederemus, quod dictus inclitus ac magnificus primogenitus noster non complevisset etatem XV annorum, circa regimen dictorum ducatus et comitatus specialiter providerimus, idcirco volumus quod aministracio ~~autem~~ ducatus et comitatus predictorum, dumtaxat ad dictum nobilem Bernardum de Cappararia debeat pertinere, et ipse dictum ducatum et comitatum, et gentes ac subditos in eis degentes, gubernet et aministret, donec idem dux etatem compleverit antedictam, fideliter atque bene iuxta tenorem predicti et aliorum instrumentorum factorum super aministracione dictorum ducatus et comittatus fienda per dictum nobilem casu supradicto, et prout in eis laciis enarratur. Que quidem instrumenta et contenta in eis ratificamus et etiam approbamus.

70 Al margen: *[Inf?]ante quem qui [...] maior [...] infante [...]e esto.*

De<sup>71</sup> aministracione autem aliorum regnorum et terrarum nostrarum dictus nobilis, etiam si dictum inclitum infantem Petrum, contutorem suum defficere contingeret, se ut tutor nullatenus intromitat, cum in deffectu dicti infantis, alios tutores sibi inferius substituamus.

Aministracionem autem omnium aliarum terrarum nostrarum sub quocumque regno vel comitatu nostris constitutarum, dicto inclito infanti Petro comittimus sive eciam comendamus, qui tutor omnia regna, comitatus et terras nostras supradictas, tam citra quam ultra mare constitutas, et degentes in eisdem, regat et gubernet fideliter atque bene, ita quod plenum regimen habeat regnorum, comitatum et terrarum in quibus ipsum ducem instituimus heredem, prout tutor et curator testamentarius legitime datus et assignatus de iure, fforo, uso et consuetudine patere, tenere, regere et aministrare p̄sset potest cum plenissima facultate.

Per<sup>72</sup> hanc autem generalem aministracionem dicto inclito infanti Petro comissam non intendimus aministraciones illustri regine consorti nostre et dicto Bernardo de Capparria suppra comissas in aliquo revocare.

Insuper volumus et ordinamus ac etiam statuimus quod idem inclitus infans Petrus, tutor predictus, omnia et singula generale regimen regnorum et terrarum nostrarum tangencia ex quibus generale comodum vel incomodum terre nostre sequi possent, teneatur et habeat facere et ordinare cum et de consilio illustris Alionore, regine Aragonum, coniugis nostre karissime, et non sine ea vel sciencia et consensu ipsius.

Adicimus insuper quod agenda per eum circa regnorum et terrarum nostrarum regimen faciat cum consilio nobilium Petri domini de Xericha, Luppi comitis de Luna, et Bernardi de Capparria, ita quod, cum omnes fuerint in uno loco congregati, fiant predicta cum et de consilio eorundem. Verumtamen, si omnes non erant simul in uno loco, quicumque faciat aut facere debeat in regno Aragonie, faciat cum consilio dicti comitis de Luna et non sine eo. Et id quod faciet in regno Valencie faciat cum consilio nobilis Petri domini de Xericha predicti, et non sine eo. Et id quod faciet in Cathalonia et in regnis Maioricarum, Sardinie et Corsice ac insulis eorum, faciat cum consilio nobilis Bernardi de Capparria, et non sine eo.

71 El párrafo está barrado.

72 El párrafo está barrado.

Verumtamen, si, quod absit, questiones vel discordie aliquae oriantur inter regnicolas regnorum Aragonie et Valencie, seu regnicolas Aragonie et comitatus Barchinone vel regnorum Maioricarum vel Sardinie, vel regnicolas Valencie et comitatus Barchinone vel regnorum Maioricarum vel Sardinie, vel viceversa, et illi quorum consilio dictus tutor se debet regere in illis terris inter quas esset dissensio vel questio, circa questionem dirimendam vel discordiam sedandam, non possent concordare, tunc dictus tutor teneatur dictam discordiam vel dissensionem diffinire cum consilio eius, cum cuius consilio habeat regere illam terram vel terras cum qua vel quibus non erit dicta questio vel discordia.

Eciam volumus, statuimus et ordinamus quod dictus inclitus infans Petrus, tutor que supra, faciat et facere teneatur ac constituere teneatur actores, ministratores et rectores suos, videlicet in regno Aragonie nobilem Luppum comitem de Luna; et in regno Valencie nobilem Petrum dominum de Xericha; et in Cathalonia et regnis Maioricarum, Sardinie et Corsice et insulis eorum nobilem Bernardum de Cappraria.

Preterea,<sup>73</sup> in casu quo dictum inclitum infantem Petrum, tutorem et curatorem qui supra, contingeret ab hac luce migrari, antequam dictus dux etatem XIII annorum excederet, vel aliter quoquomodo infra tempus dicte tutele desineret esse tutor, isto casu aministracionem omnium regnorum et comitatuum nostrorum et terrarum eis adiacencium quam dicto infanti supra comiseramus, comittimus dicte illustri regine Aragonum, consorti nostre, existenti sine viro et caste viventi, eciam in terra nostra comoranti, que predicta omnia debeat /et teneatur\ regere et gubernare eo modo et forma quibus supra ordinatum et declaratum est per dictum infantem Petrum dictas terras nostras debere gubernari.

Pari<sup>74</sup> modo, in casu quo /desinente dicto infante Petro, tutore,\ dicta regina defficeret vel aliter quoquomodo desineret esse tutrix ante quam dictus inclitus ac magnificus infans primogenitus noster etatem compleverit XIII annorum, et eciam contingerit infra dictum tempus dictum inclitum infantem Petrum desinere esse tutorem tunc quo ad aministracionem regnorum et terrarum nostrarum substituimus in tutorem et curatorem inclitum infantem Raimundum Berengarii, patruum nostrum carissimum, comitem Impuriarum, qui reguat et procuret et aministret dicta regna et

73 Al margen: *Substitutio tutele.*

74 Al margen: *Non intelligo bene, quia iam supra presupponitur quod desinat.*

terras eo modo et ea forma quibus dicti infans Petrus et illustris regina suis casibus regere et gubernare tenebantur.

Per has autem substitutiones tutele non intendimus providere circa aministrationem tuicionis et educacionis dicti ducis, cum circa predicta ~~per alia instrumenta~~ iam supra providimus, et per alia instrumenta que supra confirmavimus lacius est provisum.

[35] Insuper,<sup>75</sup> inclitis infantissis Constancie et Iohanyne, filiabus nostris in pupillari etate constitutis, et eciam filiis et filiabus a nobis ex legitimo et carnali matrimonio, dono Dei, procreandis, damus et assignamus in tutorem et curatorem inclitum infantem Petrum predictum, qui personas eorum et eciam bona in quibus eos instituimus vel eis legamus, et eciam alia bona et iura ad eos pertinencia, regat et gubernet prout tutor legitimus regere et gubernare potest et debet.

In casu vero quo dictum infantem Petrum, tutorem et curatorem que supra, contingeret ab hac luce migrari, vel aliter desineret esse tutor ante quam dicte filie vel filii nostri nascituri, vel aliquis eorum, ad etatem XIII annorum pervenisset vel pervenissent, isto casu damus et assignamus tutorem et curatorem eisdem filiabus nostris iam natis dumtaxat inclitum infantem Raimundum Berengarii predictum, qui reguat et ministret personas et bona dictarum infantissarum eo modo et forma quibus reguntur et regerentur per dictum infantem Petrum, si non defficeret.

[36] Filiis autem et filiabus a nobis et dicta illustri regina coniuge nostra, dono Altissimi, procreandis et nascituris dumtaxat eandem illustrem reginam in tutricem assignamus, que regat et ministret personas ~~personas~~ et bona dictorum filiorum et filiarum procreandorum, eo modo et forma quibus regerentur et gubernarentur per dictum infantem Petrum, si non defficeret.

In casu vero quo dictam illustrem reginam defficere contingeret, vel aliter desinere esse tutricem dictorum filiorum et filiarum a nobis procreandorum, eisdem filiis et filiabus nostris, ut predictur, procreandis, inclitum infantem Raimundum Berengarii in tutorem assignamus, qui regat et eorum personas et bona gubernet prout dictus inclitus infans Petrus et dicta illustris regina suis casibus regere et gubernare poterant et debebant.

75 Al margen: [...] infantissarum [...]arum quod [...]

[37] Mandamus itaque primogenito nostro predicto vel alii heredi nostri universali cuicumque, et eum karitative intima affectione precamur, nec minus sub obtentu paterne benedictionis firmiter iniungimus, ac eum adiuramus et per sanguine Ihesu Christi in periculo anime sue, quatenus omni studio et cura sollicita predicta omnia et singula legata et ordinata per nos in presenti testamento nostro, et alia que in nostris codicillis invenientur, cum effectu compleat et sequatur, sicut paternam animam in reffrigerium et gloriam salutarem constitui affectabit. Et sicut velle debet pro suos quos, dono Altissimi, relinquet filios, voluntatem suam ultimam pro salute sue anime observari.

[38] Hec quidem est voluntas nostra ultima, quam valere iure volumus et precepimus testamenti; et si iure testamenti non valet aut valebit, valeat saltem iure codicillorum vel cuiusvis alterius ultime voluntatis, suppletes nichilominus tanquam rex et princeps de nostre plenitudine potestatis quemcumque de defectum sollemnitatis iuris, Ffori, Consuetudinis et Usatici, vel alium siquis forte in hoc testamento nostro seu ultima voluntate, tam in se quam in aliqua sui parte, quam in numero testium quam in non ponendis sigillis testium, quam aliter sit repertus. In quorum testimonio de predictis unum testamentum et plura in publica formam reddigi per subscriptum notarium et fieri mandamus quociens opportunum fuerit, et sigillum bulle nostre appendicum hic apponi.

[39] Quod est actum in loco de Rosis XX die madii anno a Nativitate Domini millesimo CCC ~~L-quarto~~ quinquagesimo quarto.<sup>76</sup>

Signe [*espacio en blanco*] de nós en Pere, per la gràcia de Déu rey d' Aragon, de València, de Mallorques, de Sardenyna et de Còrcegua, et comte de Barçalona, de Rosselló et de Cerdanyna sobredit, qui aquest nostre testament loam, approvam et fermam, en testi testimoni d' assò aquesta nostra ferma ací escrivim de nostra mà.

Testes sunt ad predicta, presentes vocati pariter et rogati: ~~Raimundus de Coponibus~~ /nobilis Poncius de Fenolletto, \ Luppus cuius est locus de Gorrea, ~~Blasius Ferdinandi de Here~~ Rodericus Didaci, vicecancellarius, ~~Raimundus Blasius Ferdinandi de Heredia~~ Petrus Iordani d'Urries, maiordomus, et Matheus Mercerii, camerarius maior domini regis, Raimundus de Coponibus, camerarius maior domine regine, et Blasius Ferdinandi de Heredia, portarius maior ipsius domine regine.

76 A continuación: *Signe + de nós en Pere, per la gràcia de Déu rey d' Aragon, de València, de Mallorques:*

II. 1354, abril, 30. Barcelona

*Primer codicilo testamentario del rey Pedro.*

—RAH, M-78, f. 122r-127r.

Codicillum. Registratus.

In Dei nomine. Pateat universis quod nos Petrus, Dei gracia rex Aragonie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, æ comesque Barchinone, Rossilionis et Ceritanie, attendentes licitum esse cuique condere codicillos per quos illa que per oblivione vel aliter desunt seu defficiunt a testamentis et aliis ultimis voluntatibus per ipsos codicillos supleantur et compleantur; et quia ex bonis temporalibus solum illa remanent que ad Dei servicium dedicantur, idcirco in remedium anime nostre presentem condicimus et facimus codicillum, quem non derogando in aliquo nostro ultimo testamento, per nos iam ordinato et firmato in posse subscripti notarii, imo illud totaliter approbando, compleri et exequi volumus et iubemus de bonis nostris per manumissores in ipso testamento per nos ordinatos, et iuxta modum et potestatem eis traditam in eodem, ~~in primis~~ /ex hiis\ igitur de bonis nostris legamus ac ~~in rer~~ dari et erogari mandamus monasteriis, personis religiosis et aliis inferius singulariter descriptis, quantitates et legata que eis facimus in presenti codicillo, ita quod fratres religiosi et alie persone ipsorum monasteriorum et ordinum incontinenti post obitum nostrum teneantur missas celebrare, obsequia dicere et alias comemoraciones facere, et suffragia recitare in remedium anime nostre et animarum eciam illustrium dominorum regum predecessorum nostrorum et aliorum ffdelium deffunctorum, et in remissionem nostrorum et suorum peccaminum.

In primis, dimittimus et legamus, amore Dei et pro salute anime nostre et aliorum predictorum, fr(at)ribus Minoribus monasterii Cesarauguste, specialiter propter honorem inclite infantisse domine matris nostre que inibi est sepulta, quos in opere ecclesie dicti monasterii poni volumus et converti, in satisfaccionem et esmendam aliquarum in certarum iniuriarum in quibus nos tenemur, viginti mille solidos barchinonenses. Et eciam mille solidos pro ~~pitanciis, et ipsi teneantur missas celebrare et alia~~

Eciam<sup>77</sup> dimittimus et legamus monasterio et fratribus Predicatoribus, et conventui eiusdem, quinque mille solidos barchinonenses.

<sup>77</sup> Al margen: *Cesaraugusta*.



Item, dimittimus et legamus /intuitu pietatis\ monasterio ordinis Sancti Augustini et conventui eiusdem civitatis Cesarauguste, mille solidos.

Similiter, dimittimus et legamus monasterio ~~et fratribus~~ Sancte Marie de Carmelo dicte civitatis Cesarauguste, mille solidos.

Item, monasterio et conventui Minorissarum Cesarauguste dimittimus et legamus gracie et pietatis intuitu, duos mille solidos ~~regalium~~ barchinonenses.

Item, monasterio et conventui Predicatricum Cesarauguste, duos mille solidos ~~regalium~~ barchinonenses.

Preterea,<sup>78</sup> dimittimus et legamus ac dari mandamus fratribus Minoribus civitatis Osce ad opus dormitorii et pro ornamentis ac pietanciis eorundem et pro missis celebrandis et obsequiis faciendis in remedium anime nostre et parentum nostrorum /tres mille solidos barchinonenses\ ~~quinque mille solidos regalium~~.

Insuper, monasterio et fratribus conventus monasterii Predicatorum Osce dimittimus et legamus similiter III mille solidos barchinonenses.

Item, monasterio et conventui Minorissarum Osce similiter dimittimus et legamus mille solidos barchinonenses.

Item, dimittimus et legamus in remedium anime nostre et predecessorum nostrorum ecclesie Sancte Marie de Salis quindecim mille solidos iaccenses, ex quibus emanatur mille solidos censuales, de quo censu operetur unum hospicium iuxta dictam ecclesiam ad recolligendum pauperes Christi, et de eadem eciam censu fiant elemosine pauperibus supradictis. Quod opus et elemosinam fiant et ministrentur per exequutores testamenti nostri predicti.

Insuper<sup>79</sup> dimittimus et legamus pietatis intuitu monasterio et fratribus conventus Minorum Iacce mille solidos barchinonenses.

Item, dimittimus ac dari mandamus pauperibus peregrinationem facientibus ad ecclesiam Sancti Martini Vallisdossera pro anima nostra et in remedium animarum progenitorum nostrorum, mille solidos iaccenses; et quod recipientes hanc elemosinam teneantur dicere oraciones prout eis iniunget ille qui erogabit elemosinam antedictam.

Insuper legamus ac dari mandamus monasteriis fratrum Minorum Exee, Burgie, Calataiubi, Tirasone, Daroce, Turolii, Saraynene, Barbastri et

78 Al margen: *Osce*.

79 Al margen: *Iacca*.

Montissoni ~~sex~~ <et> /quod\ conventualiter in unoquoque dictorum ~~decanetur~~ celebrentur misse et fiant /aniversaria\ cum suis suffragiis in remedium anime nostre et animarum predecessorum nostrorum, videlicet cuilibet dictorum monasteriorum mille solidos barchinonenses.<sup>80</sup>

Item, dimittimus et legamus fratribus monasterii Predicatorum domus Calataiubi, videlicet elemosinarie et quod teneatur missas celebrare et alia predicta suffragia recitare, mille solidos barchinonenses.<sup>81</sup>

De civitate et regno Valencie

Item,<sup>82</sup> dimittimus et legamus conventui et fratribus monasterii Minorum domus civitatis Valencie, et quod ipsi teneantur celebrare missas, facere aniversaria et alia suffragia cum suis obsequiis in remedium anime nostre et animarum predecessorum nostrorum, VI mille solidos barchinonenses.

Item,<sup>83</sup> dimittimus et legamus monasterio et fratribus domus Predicatorum civitatis Valencie, elemosinarie et quod ipsi similiter teneantur missas celebrare, aniversaria cum suis obsequiis facere in remedium anime nostre et predecessorum nostrorum, videlicet VI mille solidos barchinonenses.

Similiter, dimittimus et legamus monasterio et fratribus heremitarum Sancti Augustini domus Valencie, tam pro fabrica ecclesie eiusdem quam pro pietanciis, mille solidos barchinonenses.

Item, monasterio et conventui fratrum Sancte Marie de Carmello domus Valencie similiter dimittimus et legamus, tam pro fabrica quam pro pietanciis, mille solidos barchinonenses.<sup>84</sup>

Item, dimittimus et legamus monasteriis et fratribus Minoribus ~~civitatis~~ ~~Xative~~ ville Muriveteris /et\ Morelle, et quod in eorum conventibus teneantur missas celebrare, aniversaria facere et alia suffragia dicere in remedium anime nostre et etiam animarum predecessorum nostrorum, ~~vide~~ cuilibet dictorum monasteriorum videlicet mille solidos.

Insuper, dimittimus ecclesie et monasterio Sancte Marie Mercedis captivorum loci nostri de Podio, ex quibus possit monasterium operari et

80 A continuación: *Item, dimittimus et legamus cuilibet monasteriis et fratribus Predicatoribus Calataiubi et*

81 A continuación: *Item, Minoribus dicte ville Calataiubi alios mille solidos.*

82 Al margen: *Erat eis legatum VIII<sup>o</sup> mille.*

83 Al margen: *Totidem istis.*

84 A continuación: *Item, fratribus Minoribus civitatis Xative, mille solidos barchinonenses. Et Predicatoribus dicte civitatis alios mille solidos.*

Item, monasterio et fratribus Predicatorum civitatis Xative dimittimus et legamus elemosinarie mille solidos barchinonenses.

Insuper, dimittimus et legamus sororibus Minorissarum domus civitatis Valencie II mille solidos.

Similiter, legamus et dimittimus sororibus Prediatricum domus dicte civitatis Valencie II mille solidos barchinonenses.

Item, Minorissis monasterii Xative, II mille solidos barchinonenses.

Et quod dicte sorores in suis conventibus teneantur aniversaria cum suis obsequiis facere et alia suffragia recitare in remedium anime nostre et animarum predecessorum nostrorum.

Item, dimittimus et legamus pro opere ecclesie Sancti Antonii orte Valencie mille solidos barchinonenses.

In Cathalonia.

Preterea<sup>85</sup> dimittimus et legamus fratribus Minoribus monasterii civitatis Barchinone et conventui eiusdem, et quod ipsi conventualiter et aliter teneantur missas celebrare, aniversaria cum obsequiis facere et alia suffragia oracionum recitare in remedium anime nostre et animarum nostrorum predecessorum, VII mille solidos.

Similiter,<sup>86</sup> legamus et dimittimus monasterio et conventui Predicatorum domus civitatis Barchinone, et quod conventualiter et aliter teneantur similia suffragia facere in remedium anime nostre et animarum predecessorum nostrorum, videlicet VII mille solidos barchinonenses.

Preterea, dimittimus et legamus monasterio et conventui ~~domus~~ /fratrum\ heremitarum Beati Augustini domus Barchinone mille solidos barchinonenses.

Item, monasterio et conventui ~~domus~~ fratrum Sancte Marie de Monte Carmello civitatis Barchinone mille solidos barchinonenses.

Item, dimittimus et legamus monasterio et conventui Sancte Marie Mercedis domus Barchinone mille solidos barchinonenses.<sup>87</sup>

85 Al margen: *In alio X mille.*

86 Al margen: *Idem.*

87 Al margen: *Hic ponatur si voluerit alia monasteria Barchinone; continuación: Item, dimittimus et legamus /Herde\ ac dari mandamus fratribus monasterii Herde pro vestimentis, pietantis, operibus et aliis e-*

Preterea,<sup>88</sup> dimittimus et legamus monasterio Minorissarum Barchinone III mille solidos barchinonenses.

Similiter,<sup>89</sup> monasterium Predicatricum dicte civitatis Barchinone, eo quia ipsum nos fundavimus, legamus et dimittimus, tam pro opere /ecclesie\ quam pro pietanciis earundem sororum, III mille solidos barchinonenses.

Item, dimittimus et legamus monasterio Vallisdomicelle, sito in territorio Barchinone, et quod sorores eiusdem tenea(n)tur aniversaria facere in remedium anime nostre, mille solidos barchinonenses.

Item, monasterio de Iunqueriis dicte civitatis Barchinone, duos mille solidos barchinonenses similiter dimittimus et legamus.

Item,<sup>90</sup> dimittimus et legamus monasteriis fratrum Minorum et Predicatorum civitatis Terrachone mille solidos barchinonenses cuilibet eorumdem.

Item, Minorissis monasterii eiusdem /civitatis\ triginta libras barchinonenses.

Preterea,<sup>91</sup> dimittimus et legamus monasterio fratrum Minorum Ilerde, tam pro vestimentis, pietanciis, operibus et aliis eidem monasterio necessariis, et quod ipis teneantur missas et obsequia ac alia suffragia dicere in remedium anime nostre et animarum progenitorum nostrorum, decem mille solidos barchinonenses.

Item, dimittimus ac dari mandamus monasterio et fratribus Predicatorum dicte civitatis Ilerde, et quod ipsi similiter teneantur missas celebrare et aniversaria facere in remedium anime nostre et animarum predecessorum nostrorum, ~~III mille~~ quinque mille solidos barchinonenses.

Insuper, dimittimus et legamus monasteriis heremitarum Sancti Augustini et Sancte Marie de Carmelo dicte civitatis Ilerde, cuiuslibet eorum videlicet, mille solidos barchinonenses.

Item,<sup>92</sup> monasterio et conventui Minorissarum dicte civitatis Ilerde dimittimus similiter (et) legamus II mille solidos barchinonenses.

Item, monasterio et fratribus /Minoribus\ Perpiniani dimittimus et legamus V mille solidos barchinonenses.

88 Al margen: [...] erant II mille in alio.

89 Al margen: In generali legato Predicatorum dimitebat in alio III mille cuiuslibet monasterio.

90 Al margen: Terrachona vaccat in alio.

91 Al margen: Ilerde. Ita erat in alio.

92 Al margen: In alio dicebatur quod cuilibet monasterio Minorissarum C libras.

Item, monasterio de las Penedidas ville Perpiniani D solidos.

Preterea,<sup>93</sup> dimittimus et legamus monasteriis et conventibus fratrum Minorum civitatis Gerunde, civitatis Vici, ~~ville Perpiniani~~ et ville Cervarie, cuilibet eorum videlicet, III mille solidos barchinonenses.

Item, monasterio et fratribus Predicatoribus ville Perpiniani III mille solidos similiter dimittimus et legamus.

Item,<sup>94</sup> monasteriis Predicatorum ~~Perpiniani~~ Gerunde, Minorise, /Vici\ et Cervarie dimittimus similiter et legamus, eorum cuilibet videlicet, mille solidos barchinonenses.

Insuper,<sup>95</sup> dimittimus et legamus monasteriis fratrum Minorum Villefranche Confluentis, Podiiceritanii, Castelionis Impuriarum, Berge, Tarrege, Montisalbi, Villefranche Penitensis et civitatis Dertuse, eorum cuilibet videlicet, mille solidos barchinonenses.

Similiter, monasteriis et fratribus Predicatoribus Coquiliberi, Podiiceritanii, Castelionis Impuriarum, Minorise, Cervarie et Balaguarii dimittimus et legamus eorum cuilibet mille solidos barchinonenses.

Preterea, dimittimus et legamus monasteriis ~~Carmelitaniis~~ /Sancte Marie Montis Carmelitani\ civitatum et villarum Ilerde, Minorise, Gerunde, ~~Perpiniani~~ et Petrelate, cuilibet eorum videlicet, II mille solidos barchinonenses.

Item,<sup>96</sup> monasterio Sancte Marie Montis Carmelli ville Perpiniani, /duos\ mille solidos barchinonenses.

Eciam<sup>97</sup> monasteriis heremitarum Sancti Augustini Perpiniani, Castelionis de Burriana, Aliazire et Alcoy, ac aliis in dominacione nostra sistentibus quibus in specie nichil ~~dimittimus~~ dimisimus, legamus et dari mandamus eorum cuilibet ~~mille~~ <solidos> /quingentos solidos\ barchinonenses.

Item,<sup>98</sup> dimittimus et legamus monasterio et fratribus Minoribus civitatis Maiorice VI mille solidos barchinonenses.

Item, monasterio de las Repenedidas dicte civitatis Maiorice D solidos.

93 Al margen: *Declaret.*

94 Al margen: *Declaret.*

95 Al margen: *Declaret.*

96 Al margen: *Ita erat in alio.*

97 Al margen: *Alio ponebatur XX libras cuilibet.*

98 Al margen: *Maioricarum.*

Item,<sup>99</sup> Predicatoribus eiusdem VI mille solidos barchinonenses.

Aliis<sup>100</sup> autem monasteriis Minorissarum ~~quibus~~ si in dominio nostro sistentibus, quibus in specie aliquod non legavimus, dimittimus et legamus ac ~~eis~~ eorum cuilibet dari precipimus ~~mille~~ /quingentos\ solidos barchinonenses.

Simile autem legatum dari volumus et iubemus aliis monasteriis Predicatricum, siqua sint in dominio nostro, quibus aliquod in specie non legavimus, dari mandamus cuilibet eorum videlicet, D solidos.

Item, monasterio Sancte Clare sito prope Villamfrancham Penitensem mille solidos barchinonenses de gracia legamus et dari volumus et iubemus.

Item,<sup>101</sup> dimittimus et legamus pro captivis redimendis et specialiter illis de terris nostris qui in posse regis Granate et aliorum sarracenorum Ispanie captivi teneantur mille libras barchinonenses, de quibus illi qui eas recipient teneantur dare rationem per quam appareat ipsas conversas fuisse in redemptionem captivorum executoribus nostri testamenti predicti.

Item, ~~volumus~~ dimittimus et legamus ac dari mandamus ecclesie et monasterio Sancte Marie de Monteserrato, pro fabricando et operando ecclesiam, et pro missis celebrandis et aliis suffragiis faciendis in remissionem nostrorum et predecessorum nostrorum peccaminum, ac in remedium animarum nostrarum, viginti mille solidos barchinonenses, videlicet pro missis celebrandis, quinque mille solidos, et ex residuis XV mille volumus / quod\ manumissores testamenti nostri fieri faciant et operari dictam ecclesiam.<sup>102</sup>

Omnia et singula supradicta de bonis nostris percompleri volumus et mandamus per executores testamenti nostri predictis et de bonis ac redditibus per nos in dicto testamento receptis et ordinatis ad complendum et exequendum nostram ultimam voluntatem. ~~Quod est actum et datum in aula palacii nostri Barchinone sub nostro~~ In cuius rei testimonium per subscriptum notarium et sigilla nostra tenentem de predicta ~~Actum est hoc in aula regia Barchinone palacio barchinonensis~~ XXX<sup>a</sup> die aprilis anno a Nativitate domini millesimo CCCLIII fieri issimus hunc codicillum nostrum sigillo nostro munitum.

99 Al margen: *Sic.*

100 Al margen: *In alio sunt [...] libras.*

101 Al margen: *Pro captivis redimendis non erat in alio.*

102 Sigue medio folio en blanco.

Quod est actum et datum in ~~palacio~~ aula palatii nostri Barchinone XXX<sup>a</sup> die aprilis anno a Nativitate Domini millesimo CCC<sup>o</sup>L quarto.

Signum Petri, Dei gracia regis et cetera, que predicta laudamus, concedimus, firmamus et ea exequi volumus et iubemus ut supra continetur.

Testes sunt ~~nobilis Bernardus~~ et fuerunt presentes ad predicta specialiter nominati nobilis Bernardus de Capraria, Bernardus de Ulzinellis, Bernardus Guilelmi de Fuxiano, Petrus Iordani d'Urries iunior et Matheus Mercerii, milites, consilarii dicti domini regis.

Sig(+)num mei Ffrancisci de Prohome, notarii et sigilla tenentis dicti domini regis, et auctoritate regia notarii publici per ipsius omnem terram et dominacionem, qui predictis omnibus et singulis, dum per dictum dominum regem fierent ordinarentur et mandarentur una cum supra scriptis testibus, presens fuit, et hoc in publicam formam reddigens scribi feci et clausi cum litteris rasis et emendatis et cetera.

III. 1354, julio, 21. El Alguer

*Confirmación del codicilo del 30 de abril.*

— A: RAH, M-78, f. 127r.

— B: ACA, Cancillería, Pergaminos Pere III, perg. 1858.

— Ed. Udina Abelló 2001: doc. 37 (ex B).

Registratus.

Nos Petrus, et cetera, ad nostram memoriam reducentes quod nuper in Barchinona ~~quoddam~~ quendam fecimus codicillum in quo religiosis /personis\ et monasteriis terre nostre certa legata in remedium animarum nostrarum et predecessorum nostrorum duximus facienda, quod fuit firmatum in posse fidelis notarii et sigilla nostra tenentis Ffrancisci de Prohome ~~XXX<sup>a</sup> die~~ in palacio nostro Barchinone XXX<sup>a</sup> die aprilis anno subscripto. Et quia uteretur in dubium an dictus codicillus remanere revocatus per testamentum nostrum ultimo firmatum in loco de Rosis, in manu et posse ipsius notarii, ~~ideo volentes huiusmodi dubium~~ /*unas palabras borradas ilegibles*] propter aliqua verba aliarum ultimarum voluntatum revocatoria in ipso testamento posita vel contenta, ideo volentes huiusmodi dubium\ remove et ne ambiguitas aliqua subsequat ex eo, tenore presentis carte ~~et publici instrumenti~~ /dictum codicillum\ ex certa sciencia et expresse laudamus, approbamus et confirmamus, et ipsum volumus obtinere plenam roboris firmitatem, non

obstante testamento predicto ultimo ~~facto~~, ut pretangitur, per nos facto, cum semper fuerit et sit intencio nostra quod dictus codicillus in sua firmitate duraret et duret ac eciam compleatur iuxta sui seriem per exeutores nostri testamenti predicti et iuxta eis traditam potestatem. In cuius rei testimonium presentem cartam seu publicum instrumentum fieri iussimus per subscriptum notarium et nostra sigilla tenentem, sigilli nostri pendentes munimine roboratum.

Quod est actum in obsidione loci de Alguerio die lune XXI<sup>a</sup> die iulii anno a Nativitate Domini millesimo CCCL quarto.

Signum [*espacio en blanco*] Petri, Dei gracia regis Aragonum et cetera qui hoc concedimus et firmamus.

Testes ~~sunt presentes pariter~~ /huius rei sunt\ ad predicta vocati et specialiter nominati venerabilis in Christo pater frater Iohannes archiepiscopus Calaritanus, Luppus dominus de Gurrea, Guilelmus de Uxio et Garsias Luppi de Cetina, uxerii, et Gondissalvus de Castroveteri, de camera dicti domini regis.

Sig+num mei Ffrancisci de Prohome.

IV. 1354, mayo, 26. Roses

*Segundo codicilo testamentario del rey Pedro.*

— RAH, M-78, f. 127V y 129r.

Secundus codicillus. Est factus in bona forma.

In Dei nomine. Nos Petrus, et cetera, sedule cogitantes quod in testamento nostro in posse subscripti notarii firmato, nos cupientes regimini domus incliti ac magnifici infantis Iohannis, primogeniti nostri karissimi, ducisque Gerunde et comitis Cervarie, et omnium regnorum et terrarum nostrarum, de talibus officialibus providere quod rem publicam diligant, officia eis comissa per experienciam facti cognoscant, circa custodiam persone ipsius ~~ipsius~~ primogeniti nostri et bonum statum domus ipsius, a quo utile regimen omnium terrarum nostrarum dependet, attentius vigilant et intendant, et per mutacionem eorum post dies nostros domus ipsius infantis in aliquo non vacillet, propterea duximus inter alia ordinandum et mandandum quod omnia et singula officia, tam domestica quam alia, quibusvis personis in regnis et terris nostris concessa ad beneplacitum, post obitum nostrum remaneant concessa ad vitam illorum qui ea nunc tenent vel tenebunt tempore obitus nostri, dummodo tenentes ea se habuerint in eis legaliter atque bene, et illa ex nunc pro tunc concedamus





eisdem, exclusis tamen ab hiis illis officiis que secundum Constituciones, Fforos vel privilegia concedi ad vitam non possunt, prout hec in ipso testamento lacius explicantur. Idcirco tenore huius nostri codicilli et ultime voluntatis, consulte et ex certa sciencia predicta omnia confirmantes, pro eorum maiori corroboracione cum presenti disponimus, ac inclito ac magnifico infanti primogenito nostro predicto, sub obtentu paterne benediccionis, nec non eius tutori vel personam ipsius infantis custodienti, expresse precipimus et mandamus, quod ad regimen et gubernacionem domus ipsius recipiat incontinenti post obitum nostrum in consiliarios, ministros et officiales, videlicet, cancellarium et vice cancellarium, promotores, maioresdomus, camerarios, subcamerarios, thesaurarium, racionalem magistrum, notarium maiorem seu nostra sigilla tenentem, scriptorem porcionis et alios officiales domus nostre eorumque loca tenentes, aliosque scriptores, aiutores officiorum predictorum, gubernatores, procuratores, baiulos, merinos et alios officiales<sup>103</sup>

103 A continuación, se encuentra el borrador de este codicilo, f. 128r-v: «In Dei nomine. Nos Petrus, et cetera, sedule cogitantes quod licet in testamento nostro in posse subscripti notarii firmato, nos cupientes regimini domus incliti ac magnifici infantis Iohannis, primogeniti nostri karissimi ducisque Gerunde et comitis Cervarie et tœtius omnium regnorum et terrarum nostrarum, de talibus officialibus providere quod rem publicam diligant, officia ipsa prout eis comissa per experienciam facti cognoscant, circa custodiam persone ipsius primogeniti nostri et bonum statum domus ipsius propensius, a quo bonum /utile\ regimen omnium terrarum /nostrarum\ dependet, attentius vigilent et intendant, inter et per mutacionem eorum post dies nostros domus ipsius infantis in aliquo non vacillet, propterea duximus inter alia ordinandum elausit et mandandum quod omnia et singula officia, tam domestica quam alia, quibusvis personis in regnis et terris nostris concessa ad beneplacitum, post obitum nostrum remaneant concessa ad vitam illorum qui ea nunc tenent vel tenebunt tempore obitus nostri, dummodo tenentes ea se habuerint in eis legaliter atque bene, et illa ex nunc pro tunc eoneesso concedamus eisdem, exclusis tamen ab hiis illis officiis que secundum Constituciones, Fforos vel privilegia concedi ad vitam non possunt, prout hec in ipso testamento lacius explicantur. Idcirco tenore huius nostri codicilli predicta et ultime voluntatis, consulte et ex certa sciencia confirmantes predicta omnia confirmantes, pro eorum maiori corroboracione cum presenti disponimus, ac inclito ac magnifico infanti primogenito nostro predicto, sub obtentu paterne benediccionis precipimus et mandamus, nec non eius tutori vel personam ipsius infantis custodienti expresse precipimus et mandamus, quod ad regimen persone et gubernacionem domus ipsius recipiat incontinenti post obitum nostrum maiores domus in consiliarios, et ministros et officiales, videlicet, cancellarium et vice cancellarium, /confessorem, promotores\, maiores domus, camerarios, /sub camerarios\, thesaurarium, racionalem magistrum, notarium maiorem scriptorem porcionis porcionis eosque loca /seu sua nostra sigilla tenentem, scriptorem porcionis et alios officiales domus nostre eorumque loca\ tenentes, aliosque scriptores, aiutores officiorum predictorum, /gubernatores, procuratores,\ baiulos, merinos et alios officiales /dicte\ domus et terrarum nostrarum, illos quos nos de presenti habemus vel habebimus [f. 128v tempore obitus nostri et aliquos ex eis non mutet; quinimo eos in suis officiis conservet et eorum consilio se, /ac domus eius\ et terras nostras gubernet, et regat et administret prout hodie per nos reguntur, et in suis officiis eis commissis /per eum\ conserventur. Nos enim omnia ex nunc pro tunc et ex tunc ut ex nunc, omnia predicta officia que ad nostri beneplacitum nunc tenentur ad vitam eorum huius serie eis et eorum cuilibet in gradu suo ducimus conferenda, ita quod ea dum vixerint habeant in domo dicti infantis prout in nostra /et eciam

dicte domus et terrarum nostrarum illos quos nos de presenti habemus vel habebimus tempore obitus nostri et aliquos ex eis non mutet, quinimo eos in suis officiis conservet et eorum consilio se, ac domus eius et terras nostras gubernat, reguat et administret prout hodie per nos reguntur, et in officiis eis commissis per eum conserventur. Nos enim ex nunc pro tunc et ex tunc ut ex nunc, omnia predicta officia que ad nostri beneplacitum nunc tenentur ad vitam eorum huius serie eis et eorum cuilibet in gradu suo ducimus conferenda, ita quod ea dum vixerint habeant in domo dicti infantis et etiam in terris nostris prout illa obtinent de presenti vel tempore obitus nostri melius obtinebunt, dummodo dicti officiales et ministri in ipsis officiis se habeant legaliter atque bene, vel aliam causam non comiterent ex qua a dictis officiis privandi essent vel merito expellendi. In cuius rei testimonium presentem codicillum per subscriptum notarium fieri iussimus illumque iubemus in omnibus observari et sigille nostre bulle plumbee appensione muniri.

Quod est actum in loco de Rosis die XXVI<sup>a</sup> madii anno a Nativitate Domini millesimo CCCL quarto.

Signum [*espacio en blanco*] Petri, Dei gracia regis Aragonum, Valencie et cetera qui hec volumus et concedimus ac iubemus inviolabiliter observari.

Testes sunt ad predicta vocati pariter et rogati nobilis Luppus comes de Luna, nobilis Raymundus de Rivosicco maiordomus, nobilis Poncius de Fenolletto legum doctor, Rodericus Didaci vicecancellarius, Matheus Mercerii camerarius maior, Thomas de Marciano, milites, consilarii domini regis predicti.

Sig+num mei Ffrancisci de Prohome.

in terris nostris prout illa obtinent de presenti vel tempore obitus nostri ~~obtinent~~ melius obtinebunt, dummodo dicti officiales et ministri in ipsis officiis se habeant legaliter atque bene, vel aliam causam non comiterent ex qua ~~possent vel debeant~~ a dictis officiis ~~tamen~~ privandi essent vel merito expellendi. In cuius rei testimonium presentem codicillum per subscriptum notarium fieri iussimus illumque iubemus in omnibus observari /et sigillum nostre bulle plumbee appensione muniri.

Quod est actum in loco de Rosis die XXVI madii anno a Nativitate Domini millesimo CCCL quarto.

[*Al margen*: [Domi]nus rex debet [h]oc scribere] Signum [*espacio en blanco*] Petri, Dei gracia regis et cetera qui hec volumus et concedimus et ~~obser~~ iubemus inviolabiliter observari.

Testes sunt ad predicta vocati pariter et rogati nobilis Luppus comes de Luna, nobilis Raymundus /de Rivosico maior domus, nobilis\ Poncius de Fenolletto legum doctor, Rodericus Didaci vicecancellarius, Matheus Mercerii camerarius maior, Thomas de Marciano, milites, consilarii domini regis predicti.

Signum et cetera».

V. [1353] abril, 30. Valencia

*Apuntes sobre las variaciones para aportar al texto del testamento y del primer codicilo.*

—RAH, M-78, f. 137r-139v.<sup>104</sup>

Item,<sup>105</sup> monasteriis Minoribus Cathalonie: Perpiniani, Villefranche Confluentis et Podiiceritanii, Castilionis Empuriarum, Gerunde, Vici, Berge, Cervarie, ~~Herde~~ Tarrege, /Ilerde,\ Villefranche Penitensis, Barchinone, Terrachone, Dertuse.

In Aragonia: Minoribus /Cesarauguste,\ Iacce, Osce, Exee, Burgie, Tirasone, Calataiubi, Daroce, /Turolii,\ ~~Cesarauguste~~ Saranynene, Barberi, Montssoni.

Regni Valencie /Minores:\ Moriella, Morviedre, Valencie, Xativa.

Item, Predicadores Cathalonie: Perpiniani, Coquiliberi, Podiicerritanii, Castilionis Impuriarum, Gerunde, Minorise, Cervarie et Balaguerii, Ilerde, Barchinone et Terrachone.

In Aragonia: Cesarauguste, Osce et Calataiubii.

In Valencia: Xativa.

Item, Carmelitanis: Perpinianii, Peralada, Gerunde, Minorise, Ilerde, Barchinone.

In Aragonia: Cesarauguste et Osce.

In Valencia.

De Augustinis in Perpiniano, Barchinone, Ilerde, Cesarauguste, Castilionis de Burriana, Valencie, Aliazire, Alcoy, et inter civitatem Xative et monasterium.

Item, Preedicatricibus: Cesarauguste, Barchinone, Valencie.

Minorissis sciatur ubi sunt.

Item, fratrum Trinitatis et Sancte Marie mercedis.<sup>106</sup>

Item, carta nundinarum del puerto ponatur ubi dicitur incipiendos die beati Martini /et cetera\ ponatur Beati Petri mensis iunii.

Item, quod fiant litere gubernatoribus et alii de statu domini regis.

104 Los f. 129v-130v son en blanco; a los f. 131r-134r, que han sido cortados, había otro testamento, posiblemente del infante Juan, medio hermano del rey; los f. 135r-136v son en blanco.

105 Empieza con más de medio folio en blanco.

106 Sigue un espacio en blanco.

1. homo ad petro: yno simul alreudo.  
 tunc voluz qd alie signaturae dnoy regu. baruent' ad dnoy modu. sic  
 qd ~~quod~~ qmuis poterit impediat v'stroy cori usq' ad hunc.  
 Et qd manumissio nri. de bonis nris fieri statat. in dnoy dnoy cu  
 multa sui signaturae. Et alio signaturae dnoy regu. ad expresso nris  
 pro quoq' tunculo. dnoy q' dnoy. dnoy regu. opere et redutione  
 legam de bonis nris. duo mill libras barochi.  
 Et voluz ar mandam qd obreuz et p' quocunq' loci in sua regna et terra  
 nris ut est. nos contingat plura debita et amale. cum et gudo sicut  
 et comide fieri poterit. obsequio quoms heredis nri ut aliter p'entis  
 qu' estente. dnoy nris deperat. ad dnoy manumissio. Et in dnoy  
 signaturae. sigillat' in cu signaturae sigillibz. v' dnoy cu dnoy manna.  
 qm signaturae coronam. ~~et~~ cum p' dnoy dnoy. ~~et~~ p' dnoy dnoy  
 ar p' dnoy. cu dnoy signaturae coronam.  
 Et ponat in capite nro una corona argen de auro. cu sigillibz.  
 pulchris dnoy. Et cu uno capite et gomo argenteo. et cu uno capite.  
 dnoy. et cu alijs ornamentis. ~~et~~ p' dnoy dnoy. ~~et~~ p' dnoy dnoy  
 nris. et sic fiat et manumissio nris sub scripto. ad capite nro.  
 Et voluz et modag qd Chimera sua dnoy. qd tota nri p'ent. cu p'ent  
 modis nris. ~~et~~ p' dnoy dnoy. ~~et~~ p' dnoy dnoy.  
~~et~~ p' dnoy dnoy. ~~et~~ p' dnoy dnoy. ~~et~~ p' dnoy dnoy.  
 moneta nri.

Foto 4. Real Academia de la Historia, M-78, f. 138r.

Quod legatur per nobilem Poncium.

Primo, tollatur illud ubi dicitur quod baxient sepulture aliorum regum. Amoveatur ~~habito~~ quod non sepeliatur cum habitu monachorum, set cum dalmatica qua fuit coronatus, et ~~ffiat~~ cum una corona argenti deaurata, cum lapidibus pulcris de chrystal, et cum uno ceptro et pomo argenteis, et aliis ornamentis cum quibus ffuit coronatus, ~~excepto ense~~ et cum uno ense descendi.<sup>107</sup>

Item, quod sint manumissores tantum infans Petrus, archiepiscopi Terrachone, Cesarauguste et episcopi Valencie, Elnensis, nobiles Bernardus de Capparria /et confessor noster que fuerit tempore obitus nostri\, et Luppus de Gorrea camerarius maior, cum clausula quod duo vel tres et cetera.

Item, revocat legatum V mille solidorum factum unicuique.

Item, tamen quod omnes III<sup>or</sup> vel III aut duo et cetera ut in testamento usque quo inclitus dominus infans primogenitus dux Gerunde etatem XIII annorum pervenerit et ex tunc duo ex eis simul cum dicto primogenito et non aliter suam sequant voluntatem, ita tamen quod episcopus ~~Oscensis~~ Elnensis sit unus ex dictis duobus manumissoribus sumul cum dicto infante.

Item, ubi ffuit mencio de vasis seu vaixella vendenda excipiantur vasa aurea et ~~cappella~~ ornamenta Cappelle remaneant pro domino duci heredi suo.

Item, amoveatur cum dicitur quod satisfiant debita et iniurie /regum\ suorum predecessorum et ponatur inibi quod ad satisfaccionem suarum animarum, remanenat redditus per eos assignati iuxta formam per eos ordinatam, amoveantur etiam verba predecessorum.

Item, ubi continetur quod chimera sive timbre et scutum remaneant /et una corona argentea ad similitudinem illius cum qua fuit coronatus //ita tamen quod sit magna\ ponatur in pendulo\ suppra sepulturam, set dalmatica, sotulares et alia ponantur intus sepulturam in suo corpore ut superius continetur.

Item, conantur singulariter omnia legata facta Predicatoribus prout ffuerint Minores in unaquaque civitate; idem de sororibus, set adiciatur illis sororibus Predatricibus de Barchinona cum ipse monasterium eis ffundaverit, quod eis dimitit viginti mille solidos.

Item [*en blanco*].

Item, super ordinatione cappelliarum confirmat cappellanas iam per eum ordinatas et institutas ~~Et ultra quod~~ in civitatibus Barchinone et Valencie,

107 El párrafo está barrado.

et quod alie institute in civitatibus Barchinone et Ilerde compleantur per executores prout sunt inibi ordinate.

Item,<sup>108</sup> legatum Montisserrati adatur, ~~quod~~ ubi dicit quod operetur ecclesia, ponatur vel dormitorium prout prior magis voluerit.

Item, legatum de salis ut iacet.

Item,<sup>109</sup> confirmacionis domine regine ut iacet.

Item, officia ad beneplacitum remaneant ad vitam ut iacet, adito similiter de alcaydiis concessis ad beneplacitum.

Item,<sup>110</sup> in clausula vaxelle cum excipiuntur iocalia et ponuntur que remaneant Cappelle, addatur /tamen quod\ almaraxa /de camaffeu\ et duo ciffi aurei seu cuppe auri ~~que~~ et picherium auri que remaneant domino duci primogenito, et la taula de cristal et de chaspi, et de hoc ffiat clausula separata simul cum pomo, ceptro, coronas que ~~comitatur~~ legantur primogenito.

In clausula<sup>111</sup> quod recipiatur redditus reginarum, amoveatur regina Elicsendis et ponantur redditus illustris regine Elionoris coniugis sue.

In clausula cum dicitur quod si non sufficerent ad ordinacionem testamenti, addatur vel ad debita et iniurias exsolvendis.

In clausula<sup>112</sup> cum dicitur quod subditi non iurent primogenitum donec iuraverit testamentum, removeatur ex tota.

In legato secundigeniti cum dicitur quod legantur sibi loca de Biota et del Bayo quod primogenitus et heres teneatur ea reddimere a nobili Petro vel manumissores ante quam desemparent redditus anime deputatos.

Item, in clausula secundigeniti cum loquitur de Uxone addatur alquaree de Alfandiguella et Benicazlo, et cum subsequitur quod teneatur venire ad Curias regni Valencie, ponatur quod similiter veniat ad Curias Aragonie per locis de Biota et del Bayo.

Item, in legato secundigeniti addatur quod ~~in casu quo~~ loca de Elch et Crivilen ad coronam regiam revenirent quando vel quacumque racione ad coronam regiam revenirent, remaneant et sint dicto secundo genito et ea habeat in feudum.

108 Al margen: *Fiet in codicillo.*

109 El párrafo está barrado.

110 El párrafo está barrado.

111 El párrafo está barrado.

112 El párrafo está barrado; al margen: *Iam est sublata.*

Item, ffiat institutio tercio filio masculino nascituro ~~que int~~ in villis de Saranynena cum aldeis, Tarregua, Villagrassa in Cathalonia et villam Castelionis Campi, ita quod intituletur comes de Saranynena et erigatur ad titulum comitatus iuxta formam institutionis secundigeniti et quod intersit in Curiis generalibus regnorum.

Et remaneat clausula de aliis filiis masculis nascituris ut iacet.

Item, revocat legatum provisionis infantissarum ita quod contentetur tribus mille libris quas nunc percipiunt et superaditur eis mille libras barchinenses super redditibus Maioricarum ita quod eas habeant donec contraxerint matrimonium, /nec non castrum et vallem de Uxone et Villamregalem prout nunc ea tenent; et ita quod ex quo altera fuerit matrimonio collocata, altera que remaneat habeat tres mille libras dumtaxat.

Ubi cumq; ffiat mencio de primogenito apponatur inclitus ac magnificus.

Item, cum loquitur quod in casu quo maritus infantissarum succederet teneatur venire et ipse et sui succedentes teneantur signum, sigillum et cetera.

Ubi loquitur quod /in casu quod contraheret cum secundogenito alicuius regis quod habeat locum in secundisgenitis ex rege Ffrancie, Castelle vel de Inglaterra, \secundogenitus /sit et cetera \ ~~tali rege Ffrancie vel Castelle set de~~ aliis regibus sit primogenitus rex Aragonum et cetera.<sup>113</sup>

Ubi loquitur de ducatu amovetur vicecomitatus de Basso et ponatur comitatus Cervarie prout continetur in instrumentis ereccionum ducatus et comitatus.

Insuper, dedit tutorem el infant don Pedro, ~~et cetera~~ assi empero que ~~res non pueda fer~~ en los grandes affes que toquen el regimiento de la tierra non pueda fer sin sabuda et consentimiento de la senynora reyna; et encara faça sus affés ab consell de los nobles don Pedro senynor de Xèricha, don Bernart de Cabrera et d'en don Lop comte de Luna; assi que, quan tots seran en un loch se faça ab consell de tots, mas si tots no y eran, ço que farà en Aragon /faça \ a consell del /dit \ comte de Luna; et ço que farà en regne de Valencia ab consell de don Pedro; et ço que farà en Cathalunya et en lo regne de Mallorca et en Cerdunya o en les isles ab consell del dit don Bernart de Cabrera.

Item, que l dit tutor faça actos ~~los sobredits en los dits regnes~~ /et ministrados et regidos \ en lo regne de Aragón, lo dit en Lop comte de Luna, et en lo regne de Valencia lo dit don Pedro, et ~~en los~~ en Cathalunya et regnes

113 A continuación: *Removeatur de ducatu totus ducatus ex.*



de Mallorch(a) et de Cerdynna et Còrsegua et les iles lo dit en Bernart de Cabrera.

Item, sub en falta del dit infant en Pere tudor, substituex et da en tutor la senynora reyna que faça et regesca los regnes ab los sobredits segons faria lo dit infant en Pere.

Item, en defalliment de la dicta reyna, assigna lo dit infant e·n Remon Berenguer modu predicto.<sup>114</sup>

Actum /Valencie\ die dominica XXX<sup>a</sup> die aprilis anno et cetera. Testes Hugo Valencie episcopus, frater Petrus de Tous, magister de Montesa, Garcia de Lóriz, Rodericus Didaci, Petrus de Villanova, Petrus Boyl, Berengarius de Codinachs.<sup>115</sup>

### 3. Referencias bibliográficas

- ALVIRA CABRER, Martín (2010), *Pedro el Católico, rey de Aragón y conde de Barcelona (1196-1213). Documentos, testimonios y memoria histórica*. Zaragoza, Institución Fernando El Católico. 6 volúmenes. (Fuentes Históricas Aragonesas, 52).
- BEAUCHAMP, Alexandra (2008), «Régence et continuité de l'œuvre royale: un testament et des codicilles inédits (1354) de Pierre IV d'Aragon», *Mélanges de la Casa de Velázquez*, nouvelle série 38/1: 201-218.
- LACARRA DE MIGUEL, José María y Luis GONZÁLEZ ANTÓN (1980) «Los testamentos de la reina María de Montpellier», *Boletín de la Real Academia de la Historia*, 177/1: 671-688.
- LÓPEZ RODRÍGUEZ, Carlos (2013) «Últimas voluntades de Martín I el Humano (30 y 31 de mayo de 1410)», *Aragón en la Edad Media*, 24: 225-268.
- RODRIGO ESTEVAN, María Luz (2009) «Los testamentos de Jaime I. Repartos territoriales y turbulencias políticas», *Cuadernos CEHIMO*, 35: 61-90.
- SESMA MUÑOZ, José Ángel (1976), «Disposiciones testamentarias inéditas de Jaime II de Aragón», *Boletín de la Real Academia de la Historia* 173: 119-134.
- UDINA ABELLÓ, Antoni (2001), *Els testaments dels comtes de Barcelona i dels reis de la Corona d'Aragó. De Guifré Borrell a Joan II*. Barcelona, Fundació Noguera. (Col·lecció Textos i documents, 33).

114 A continuación, sigue un espacio en blanco.

115 El f. 140r es en blanco; en el f. 140v es copiado el principio del segundo testamento.

